Ex Bibliotheca
Dumortier à Tournay
QL537
.H45
1816
Suppl. 1
Vol. II

IOANNIS HEDWIG

MED. DOCT. AC PROFESSORIS BOTANICES IN ACAD. LIPSIENSI, ACADEM. IMPERIAL. NATURAE CURIOSORUM, REG. SCIENT. HOLM. SOCIETATISQUE LONDINENS. MEMBRI, PHYSIOPHILOR. BEROL. TVRICENS., MEDICO-CHIRURG. TVRIC., OECONOM. LIPS. ET MARCHICO-POTSDAMENSIS, MATHEMATICO-PHYSICAE ERFORDIENSIS SODALIS

SPECIES MUSCORUM FRONDOSORUM

DESCRIPTAE ET TABVLIS AENEIS COLORATIS ILLVSTRATAE

OPUS POSTUMUM.

SUPPLEMENTUM PRIMUM

SCRIPTUM

A

FRIDERICO SCHWAEGRICHEN

MED. ET PHILOS. DOCT., BOTANICES ET HISTORIAE NATURALIS PROFESSORE IN ACADEMIA LIPSIENSI, SOCIETATT. REG. PHYSIC., GOETTINGENS. MEMBR., REG. MONACENS. HARLEMENS., PHYTOGRAPHIC. MOSCUENS., BOTANIC. RATISB., PHYSIOGRAPHIC. WETTERAVIENS., HEIDELBERGENS. IENENS. OECON. LIPS. SODAL.

SECTIO POSTERIOR

TABULIS AENEIS COLORATIS LI. ILLUSTRATA.

LIPSIAE

SUMTU IOANNIS AMBROSII BARTH

MCCCXVI.

PARISIIS APUD TREUTTEL ET WÜRZ, RUE BOURBON N°. 17.

HENRICO ADOLPHO SCHRADER

PROFESSORI BOTANICES GOETTINGENSI

ET

CURTIO SPRENGEL

PROFESSORI BOTANICES HALENSI

AMICITIAE ANTIQUAE PIGNUS OFFERT

AUCTOR.

HENRICO ADOLPHO SCHRADER

ET

CURTIO SPRENGEL.

PROOEMIUM.

Non credo fore qui mirentur, serius hanc supplementi alteram sectionem prodire, si cogitaverint, quales turbae per hos quatuor annos literarum cultum impediverint et quam diuturna sit operum iconibus pictis instruendorum editio. Accedit, quod ipse haud exiguam huius temporis partem a patria separatus fui. Haec vero absentia uberrimos studiis meis fructus protulit. Dum enim Parisiis versabar, ab omnibus incolis eius splendidae urbis, ad quos perveni, ita sum exceptus, ut non peregrinus, sed cum illis longae consuetudinis dulcissimo vinculo coniunctus mihi viderer, qua quidem non solum urbanitate sed fida et efficaci propensione ita erga me omnes usi sunt, ut cui me prae aliis obstrictum profitear, omnino nesciam, et, si illorum virorum nomina enumeranda sint, quem primo loco nominem, prorsus dubius haeream. Quare nihil mihi superfuit, quam ut summa industria ad hoc opus bryologicum adhibenda me eorum, quae mihi rara liberalitate illi tradiderint, curam habuisse, non solum ipsis probarem, sed operae huius diligentia officio grati animi aliqua saltem ratione satisfecisse studerem. Sed pari quoque et antiquiori religione tenebar erga plantarum scrutatores, qui boreales terras incolunt, et recentiori quidem erga Bridelium, qui vel unica specimina plantarum, a se primo descriptarum et Hedwigianis operibus inserendarum, mihi commisit.

Quod ad libri huius compositionem attinet, perrexi, ut in supplementi prima sectione inchoaveram. Sed ne pretium operis nimis augeretur, multarum specierum descriptiones solas exhibui, icones vero omisi. Has quidem incidi et pingi ita curabo, ut post aliquot annos descriptionibus, quas hic exhibui, accomodatae prodeant, simul cum descriptione et delineatione novarum specierum, quarum quidem plurimae ad prioris sectionis huius supplementi seriem pertinent et quarum aliae ad manus sunt, alias posthac ad me perventuras esse spero. Ut autem Hedwigianae methodi fautores facillimo negotio perspiciant, quaenam species illi methodo convenienter pictae prostent: in indice huius operis omnes icones, in Hedwigii libris systematicis editas, indicavi.

Dabam Lipsiae mense Decembri MDCCCXV.

LEUCODON.

Peristomium simplex membranaceum: dentibus sedecim bipartitis.

Flores axillares, gemmiformes.

Genus proximum Pterogonio (v. c. *trichomitrio* et affinibus) habitu et peristomii contextu, ut bene intellexit Turner, v. muscolog. Hibernic. p. 32. *Caules* repentes, rami subsimplices, erecti, *folia* imbricata, striata, enervia. *Perichaetia feminea* longissima. *Peristomium* e membrana molli, spongiosa, alba, thecae margini intus adnatum. *Dentes* lanceolati, obtusi, bipartiti, laciniis saepe perforatis. *Annulus* ut videtur nullus. Species paucae. Locus arboreus. Vita perennis.

1. SCIUROIDES, ramis fastigiatis arcuatis ascendentibus, foliis imbricatis subsecundis ovato-acuminatis, theca oblongo-ovata.

Fissidens *sciuroides* Spec. musc. p. 161. Hedw. fund. musc. 2. p. 91. t. 8. f. 45. 46. icon minus curata.

Dicranum *sciuroides* Swartz. Trichostomum *sciuroides* Web. et Mohr. Hypnum *sciuroides* Linn. sp. pl. p. 1596.

Ad arborum truncos, in omni Europa, hieme fructifer. ♃.

Radix capillacea, fasciculata, sparsa. *Caulis* 2 — 6 uncias longus, in arborum truncis descendens, radicans, basi saepe flagella radicantia edens: rami erecti, saepe recurvi, subramosi, fastigiati. *Folia* laxe imbricata, interdum in octo ordines recta

ascendentes minus evidenter disposita, saepe secunda et paullum incurva; ovato-acuminata, plicis duabus exterioribus, margini parallelis, subcontinuis, mediis duabus minus constantibus, integerrima, concava, viridia, senio fusca, enervia; nervus, qualem Weberus memorat, non admitti potest; areolis reticuli oblongis. *Flores* ramis adnati, dioeci: *foliis perichaetii* ovatis, acutis absque plicis, interioribus acuminatis, in femineo maturo oblongo lanceolatis, in cylindrum convolutis. *Genitalia* decem aut quindecim. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* lineari-oblonga, thecam aequans, brunnea. *Seta* uncialis, erecta, laevis, siccitate tortilis, brunnea. *Theca* oblongo-ovata, aequalis, erecta, laevis, brunnea. *Peristomium*, quod supra descripsimus, theca octuplo brevius, connivens, dentibus una serie foraminulorum pertusis, album. *Operculum* conicum, obtusum, concolor thecae. *Calyptra* subcylindrica, medio paullo amplior, latere fissa, straminea, apice fusca.

Rami in axillis foliorum saepe continent bulbillos solitarios aut coacervatos exiguos, aut fusco-virides, aut rufescente et subcarnosa basi insignes.

2. MORENSIS, ramis fastigiatis rectis, foliis ovato-acuminatis octofariam oblique imbricatis rectis, theca oblongo-cylindrica.

Hypnum *Morense* Schleicher MS.

In Helvetia Schleicher, in Gallia Nestler, Palisot Beauvois, Persoon, Richard legerunt. 4.

Praecedenti simillimus, sed caulis minus elongatus, rami recti 2 — 3 unciales, folia magis densa et evidenter octofariam

imbricata, seriebus spiraliter ascendentibus, recta, caeterum breviora et latiora; thecae oblongae maiores. *Peristomii* dentes ab invicem paullulum remoti, profunde bifidi: laciniis linearibus, solidis, nec pertusis; angustioribus, quam in *sciuroide.*

Simillima Neckera *curtipendula* distinguitur perichaetio seta sua quadruplo breviori, foliis minus pellucidis, theca ovata, peristomio erecto.

3. CANARIENSIS, ramis vagis curvatis, foliis lanceolato-acuminatis laxe imbricatis, theca subglobosa.

Neckera *Canariensis*, caule ascendente vage ramoso, ramis teretibus incurviusculis, foliis imbricatis ovato-lanceolatis subsecundis striatis, perigonialibus convolutis longissimis, capsulae erectae subsphaericae operculo longirostro. Brid. muscol. supl. 2. p. 39.

In insulis Canariis, Teneriffa, et in insula Borboniae lectum dedere Persoon et Richard. 4.

Caulis repens, tenuis, subaphyllus ut praecedentium. *Rami* 2 — 4 unciales erecti, aut ubi longiores sunt decumbentes et curvati. *Folia* e lato-lanceolato acuminata, quinquies striata.

Perichaetia feminea ramis adnata unciam fere longa, constant foliis sedecim lineari-oblongis, acuminatis, in cylindrum convolutis. *Seta* sesquiuncialis, erecta, siccitate tortilis, rufa. *Theca* subglobosa, aequalis, erecta, rufo-brunnea. *Operculum* conico-rostratum, thecae longitudine. *Calyptra* subulata, semuncialis, latere fissa, nitens, straminea, apice fusco.

Obs. Fissidens *sciuroides vaginatus* Michaux flor. boreal. amer. 2. p. 299. mihi videtur pterogonii species, *trichomitrio* proxima.

FISSIDENS.

Peristomium simplex: dentibus sedecim, latiusculis, bifidis.

Perichaetii quaedam *folia* basi duplicata.

Genus maxime naturale. *Caules* plerumque erecti, basi quandoque incrassati, quasi bulbosi, simplicissimi, subramosi, rarius ramosi decumbentes. *Folia* disticha, verticalia, basi ad tertiam ipsorum partem duplicatura aucta, equitantia, omnia fere solidinervia, areolis circularibus. *Flores* dioeci, in una specie monoeci: feminei foliis basi duplicatis; masculi simplicibus et duplicatis intermixtis. *Peristomii dentes* coriacei, trabiculati, sedecim, rarius octo, fissi: cruribus inflexis, ab invicem saepe divergentibus. Vita annua aut perennis. Patria in omni terrarum orbe. Locus annuorum terra nuda recens, perennium humus, ligna putrida, paludes umbrosae.

* *Caule erecto simplici.*

1. EXILIS, caule simplicissimo ascendente, foliis subsexjugis elliptico-lanceolatis rectis, theca erecta aequali terminali, operculo basi ventricoso. *Spec. musc. p. 152. t. 38. f. 7 — 10.* Dicranum *viridulum* Swartz. musc. Suec. p. 31. et 84. t. 2. f. 3. Smith. flor. Brit. 3. p. 1230.

In terra nuda agrorum, tumulis talparum, ad aggeres in pratis humidiusculis, apricis, tempore humido. ⊙.

2. INCURVUS, caule simplicissimo ascendente, foliis subsexjugis ovatis lanceolatis incurvatis, theca terminali, operculo breviusculo Tab. XLIX.

Hoffmann flor. German. crypt. addend. ad hypn. *bryoides.*

Dicranum *tamarindifolium*, caule ascendente, foliis distichis imbricatis ovatis, pedicello terminali, capsulà cernuà, operculo conico. Smith. flor. Brit. 3. p. 1231.?

Legit in Silesia rev. Seliger. ⊙.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* 1 — 4 lineas altus, simplicissimus, ascendens. *Folia* alterna, disticha, verticalia, versus apicem dorsumque caulis incurva, quatuor aut sex parium, ex ovato lingulata, brevissime acuminata, integerrima, tenacia, amoene viridia: nervo solido in acumen exeunte, lutescente: areolis reticuli exiguis, circularibus, undique aequalibus. *Flores masculi* deerant: *feminei* in axilla unius e supremis foliis. *Perichaetii folia* duo, communibus similia et saepe tertium lanceolatum. *Pistilla* sex vel octo. *Paraphyses* non visae. *Vaginula* oblonga, virens. *Seta* 6 — 9 lineas longa, caulem bis vel adeo quater longitudine superans, basi geniculata, inde erecta, apice incurva, siccitate tortilis, testaceo-ferruginea. *Theca* ad horizontem flexa aut nutans, inaequalis, brunnea. *Peristomii dentes* profunde bifidi, rufi. *Operculum* conico-rostratum, theca brevius, rufum, apice pallens. *Calyptra* conico-subulata, exigua, latere fissa, pallide lutea, apice fusco.

Tab. XLIX. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una ex his augm. I. Fig. 3. folium terminale, 4. basilare augm. II. Fig. 5. apex folii; fig. 6. peristomii quarta pars augm. IV.

3. PALMATUS, caule simplicissimo ascendente, foliis subsexiugis lingulatis acuminulatis patentibus, theca terminali inaequali, operculo sublongo. Spec. musc. p. 154. Stirp. crypt. 3. t. 30. A.

Iamaica in terra. ⊙.

Differt a praecedente foliis rectis non apice incurvis, caule longioribus, operculo thecam fere superante. Folia caule fructifero plerumque longiora.

4. LONGIFOLIUS, caule subsimplici erecto, foliis subdecemiugis linearibus acuminatis marginatis patentibus.

Fissidens *longifolius*, fronde simplicissima decumbente, foliis distichis sublinearibus longissimis acutis, pedunculo terminali filiformi, capsula ex ovato rotunda. (Thecam non vidi.) Brid. muscol. supl. I. p. 166. Comparatis ab ipso specimenibus meis.

Americana specimina vidit Bridel; in ins. Borboniae lecta dedit Richard. ♃

Caulis semuncialis, basi interdum ramosus. *Folia* disticha, approximata, 10 — 18 iuga, linearia brevi acumine, integerrima, subopaca, obscure viridia, margine pellucido: nervo continuo, pellucido: areolis reticuli minutis circularibus.

Palmato similis sed triplo maior; tenax. Palmati folia pauciora, non marginata, tota pellucida, lutescenti-viridia.

5. BRYOIDES, caule simplicissimo ascendente, foliis subdecemiugis lingulato-oblongis acuminulatis patentibus, theca terminali erecta. Spec. musc. p. 153. Stirp. crypt. t. 29. — Smith. flor. Brit. 3. p. 1232. sub Dicrano.

In humo nuda agrorum et pratorum omnis Europae; aestate humida. ⊙.

6. OSMUNDIOIDES, caule erecto simplici, foliis imbricatis lingulato-oblongis acuminulatis, theca terminali. Spec. musc. p. 153. t. 40. f. 7 — 11. Smith. l. c. sub Dicrano.

Dicranum *bryoides*, Swartz. musc. Suec. p. 32. et 86. t. 2. f. 4.

Hypnum *asplenioides*. Dicks. crypt. Britann. fasc. 2. p. 10. t. 5. f. 5. excluso Swartzii synonymo. Smith.

β. foliis apice serrulatis.

In paludibus et turfosis depressis Germaniae borealis, (Wahren Mecklenbg., Bornae pr. Lips.) Sueciae, in alpinis Angliae; β. in Pensilvania. ♃.

† *acacioides*, caule erecto simplici, seta terminali vix folio longiori. Linn. Spec. plantar. 2. p. 1588. Dillen. musc. 262. t. 34. f. 4.

Patagonia.

7. ELEGANS, caule erecto simplicissimo, foliis lingulatis acutis subquindecimiugis, theca terminali recta.

In Domingo insula ad terram lectum misit clar. Persoon. ⊙.

Radix subbulbosa, capillacea. *Caulis* semuncialis, erectus aut paulum recurvus, simplicissimus, virens. *Folia* alterna, 15 ad 22 parium, lingulata, apice lanceolata, integerrima, subopaca, intense viridia: nervo ad apicem perdurante, pellucidio-

re: reticuli areolis subtilissimis, circularibus. *Flores* dioeci inter summa folia, solitarii in singulo caule: *masculus* luteo viridi colore insignis, folii unius aut duorum duplicatura exceptus, habet folia propria tria, ovata, acuta, absque duplicatura. *Antherae* octo, oblongae, luteae. *Paraphyses*, ut etiam in ipso femineo, nullae. *Feminei* floris perichaetii folia duo opposita, caulinis simillima. *Pistilla* octo vel novem filiformia, ferrugineo et viridi colore mixta. *Vaginula* brevis, ovata, virens. *Seta* 4 lineas longa, erecta, solitaria, siccitate tortilis, lutea. *Theca* oblonga, aequalis, suberecta, siccitate sub ore, tum valde patulo, contracta, lutea, apice rufa. *Peristomii* dentes profunde bifidi: cruribus divergentibus et saepe reflexo-patentibus, ferrugineo-rufi. *Operculum* conico rostratum, thecam fere aequans, basi rufum, apice viridi luteum. *Calyptra* conico-subulata, pallide virens, apice fusco.

Magnitudine fissidenti *bryoidi* similis, sed foliorum copia, setae brevitate valde diversus, *asplenioidi* habitu similis, sed duplo minor.

8. ASPLENIOIDES, caule erecto subsimplici, foliis vigintiiugis lingulatis subrecurvis, theca ovata breviseta terminali solitaria. Spec. musc. p. 156. Stirp. crypt. 3. t. 28. excluso Dicksoni synonymo.

Ad latera muscosa rupium in montibus altis Iamaicae australis. ♃

9. POLYPODIOIDES, caule erecto subsimplici, foliis lingulatis acutiusculis subrecurvis, theca breviseta subterminali turbinata inaequali. Spec. musc. p. 154. Stirp. crypt. 3. t. 27.

Fissidens *serrulatus*, fronde simplici ramosâque erectâ latissimâ concavâ incurvâ, foliis distichis approximatis lingulatis apice obtusiusculo serratis. Brid. muscol. suppl. I. p. 170. Comparatis speciminibus ab ipso Bridelio determinatis.

Ad terram locis umbrosis declivibus in montibus excelsis Iamaicae, ins. Dominicae; auctore cl. Richard in insula Borboniae. ♃.

Folia apice saepe dentata. Setae sub apice caulis enatae, solitariae vel binatae.

10. FALCIFOLIUS, caule subramoso erecto, foliis inaequalibus falcatis denticulatis, seta longa terminali, operculo conico-convexo.

In insula Borboniae et Hispaniola lectum dedere Richard et Thuillier, arboribus innatum. ♃.

Pulchri generis pulcherrima species. *Radix* capillacea, basilaris. *Caulis* uncialis, erectus, basi bulbosus, subramosus; ramis dorsalibus, striatis, ferrugineus. *Folia* disticha, conferta, basi semiamplexicaulia, deinde verticalia lanceolata, inaequalia, falcata, apice denticulata, basi parum concava, superius plana, flavescente-aurea: nervo margini inferiori propiore, in apicem perdurante, concolori; areolis reticuli subtilibus, subquadratis. *Flores masculi* in apice caulis axillares, exigui. *Flores feminei* terminales. *Folia perichaetii* lanceolata, caulinis similia, aequalia. *Seta* uncia paullo maior, erecta, subflexuosa, laevis, brun-

neo-rufa. *Theca* subrotundo-ovata, aequalis, erecta, fusco-brunnea. *Operculum* e conico convexum, theca quadruplo brevius eique concolor.

Distinguitur ab omnibus *seta* longa terminali et foliorum margine superiore fere semicirculari.

(** Caule subramoso.) *Seta non terminali.*

11. SUBBASILARIS, caule erecto simplici supra basin fructifero, foliis lingulatis acutis, theca erecta. Spec. musc. p. 155. t. 39. f. 6 — 9. Michaux flora Americ. 2. p. 299.

In Pensilvania ad terram. ⊙.

Fissidenti *taxifolio* duplo minor et non ramosus.

12. TAXIFOLIUS, caule subsimplici basi fructifero, foliis acuminulatis integerrimis, seta apice incurva, theca recta. Spec. musc. p. 155. t. 39. f. 1 — 5.

In umbrosis silvaticis omnis Europae et Pensilvaniae. ♃.

13. ADIANTHOIDES, caule subramoso medio fructifero, foliis acutis serrulatis, seta erecta, theca subinaequali ascendente. Spec. musc. p. 157. Stirp. crypt. 3. t. 26.

Fissidens *dubius*, caule simplici divisoque erecto; foliis lanceolatis alternatim pinnatis subimbricatis, apice obtusiusculis et margine serratis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 57.

β, foliis siccitate crispulis.

In umbrosis silvaticis, solo pingui Europae et Americae borealis; β in Carolina a clar. Bosc, tempore humido. ♃.

14. GRANDIFRONS, caule flaccido ramoso, foliis imbricato-distichis lanceolato-linearibus longis.

Fissidens *grandifrons*, fronde simplici ramosâque erectâ grandissimâ, foliis distichis approximatis lineari-lanceolatis acutis, subfalcatis, siccitate humiditateque planiusculis. Brid. muscol. suppl. 1. p. 170.

In insula Borboniae lectum Richard, in America verosimiliter lectum Desfontaines largiti sunt. ɣ.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* triuncialis, flaccidus, versus apicem ramos aliquot simplices edens. *Folia* disticha, apici caulis adversa, marginibus sese tangentia, lanceolato-linearia, (longitudine latitudinem vicesies superante) integerrima, subopaca, obesa, tenacia, obscure viridia: nervo solido, pellucidiori: areolis reticuli minutissimis circularibus, sola maceratione conspicuis. *Flores* et *fructus* desunt.

15. DEBILIS, caule debili patente, foliis distichis remotis lineari-lanceolatis abruptinervibus.

In insula Borboniae legit cl. Aubert Du Petit Thouars. ɣ

Radix verosimiliter basilaris. *Caulis* triuncialis aut longior, debilis, subflexuosus, tenuis, ferrugineus: ramis patentibus, simplicibus, uncialibus. *Folia* distiche patentia, alterna, remota, lineari-lanceolata, integerrima, duplicatura tertiam folii partem aequante, tenera, pallide viridia: nervo crasso, duas tertias partes folii tantum emetiente, ferrugineo; areolis reticuli circularibus. *Flores* et *fructus* desunt.

16. SEMICOMPLETUS, caule fluctuante vage ramoso, foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis solidinervibus, theca ovata laterali. Spec. musc. p. 160. Stirp. crypt. 3. t. 13.

Octodiceras *fissidentoides.* Brid. muscol. suppl. 1. p. 162.

In Patagoniae aquosis. ♃.

Dentes octo fissi solo numero a Fissidentis notione recedunt, florum et foliorum forma convenit, quare novum genus condi non necesse est.

ORTHOTRICHUM.

Peristomium, duplex (plerisque): *exterius* dentibus geminatis octo vel sedecim: *interius* dentibus octo, sedecim, vel nullum.

Flos terminalis, gemmiformis.

Orthotrichi character solus constans cognoscitur dentibus geminatis externi peristomii. Singulus enim dens, quorum octo aut sedecim adsunt, sulco profundo, vetustate saepe pervio, unico aut triplici exterius notatur et simplicis aut triplicis fissurae vestigium gerit, et ita quidem, ut saepe singuli dentis singula crura et ipsa trabicularum situ diverso facile dignoscantur, si plane perfectus et adultus est dens. Peristomium internum interstitia dentium externorum occupat et omni modo variat in variis speciebus; sed habet aliquid peculiare et ab omnium muscorum generum ratione recedens, scilicet siccitate non erigitur, sed intus ad horizontalem directionem deflectitur; unde nudo oculo aut lente vitrea parum convexa facile et ocyus, quam caeterorum muscorum observari potest quoad dentium numerum et circuitum, sed difficiliori et penitiori explicatione eget, si eius dentium texturam plene et ut par est, vivido aut turgente per humorem statu, cognoscere cupiveris, qui quidem aut capillares et margine integri aut latiores et erosi sunt.

Calyptra thecae aequalis campanulata, plerumque sulcata et sursum pilosa e charactere generico, uti recte Hedwigius in omni muscorum definitione iussit, excludenda est. Non tantum enim sulcorum et pilorum praesentia variat; sed etiam non huic soli generi peculiaris est, nam extant pterogonia et Neckerae *simili* calyptra instructae. Pili calyptrae non e mutatis paraphysibus, ut Hedwigio videbatur, generantur, sed propria textura et origine sunt, similia pilis vaginulae in O. *Ludwigii.*

Habitus et figura partium in plurimis speciebus ita similes sunt, ut exercitatissimo scrutatori vix concessum sit, specimina peristomio laeso ad species suas tuto revocare. *Caules*, excepta una specie, erecti, ramosi, breves, *folia* ex ovato lanceolata, raro lineari-lanceolata, rarius obtusa, erecto patula, vix unquam heteromalla; omnia uninervia. *Vaginulae* plerisque parum conspicuae sunt, duae vero exemplar conformationis maxime singularis exhibent; in *Ludwigiano* pilosas, in *plicato* laxas et veluti saccatas vidimus. *Seta* rigida erassa, apice saepe ampliata, thecae aequalis vel hac decuplo longior. *Theca* terminalis per innovationem caulis lateralis, ovata, sulcata aut laevis; figura externa valde diversa a cavo suo seminifero, quod ovatum et semper laeve est. *Operculum* breve convexo-rostratum, saepius conicum.

a) *Peristomio interno octo-dentato.*

α. *foliis obtusis.*

1. OBTUSIFOLIUM, peristomio interno octodentato, theca immersa sulcata, foliis ovatis apice rotundatis erosis. Tab. I.

O. *obtusifolium*, foliis ovatis concavis obtusis, capsulis sessilibus, peristomii dentibus internis octo integris. Schrad. plant. crypt. exsicc. nro. 14. Usteri Annalen der Botanik XX. p. 110. Swartz. musc. Suec. p. 90. t. IV.

Crescit ad truncos salicum in Europa boreali, vere sed non ubique fructiferum. ♃.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* semuncialis aut uncialis, erectus, fastigiato-ramosus, fuscus. *Folia* spissa, madore erecto-patentia, siccitate parum contorta, ovata: apice obtuso, rotundato, argute eroso, concava: margine interdum subinvoluta, plicis destituta, rigidula, obscure vel luteo viridia: nervo crasso, pone apicem evanescente: areolis reticuli circularibus discretis. *Flores* dioeci: *masculi* ad apices caulium minorum inter maiores femineos sparsorum, gemmiformes, ovati, acuti, foliis triplo maioribus caulinis foti, fusco-brunnei, nitidi. *Folia perichaetii* 6, ovata, acuta, concava, exteriora abruptinervia, interiora enervia, reticuli areolis subquadrangularibus, contiguis. *Antherae* sex, subcylindricae, incurvae, post explosionem pedicello ipsis dimidio breviori setaceo suffultae. *Paraphyses* nullae. *Flores* feminei terminales et axillares, flavidi, graciliores. *Folia perichaetii feminei* caulinis similiora, primordio his duplo minora, deinde maiora, magis erecta. *Pistilla* sex. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* subcylindrica, brevissima, duplo latior quam longa. *Seta* theca brevior, duas lineas alta, erecta, crassa, siccitate parum tortilis. *Theca* ovata, basi maxime elongata: cavo seminifero exacte ovali, partem thecae attenuatam longitudine fere superante; sulcis octo latis exarata, e luteo brunnea

aut rufescens. *Peristomii externi dentes* octo geminati, singuli cuiusque copulae quandoque subbifidi, aut certe linea fissuram simulante notati; siccitate toti quanti reflexi et thecae appressi, brunneo-rufi. *Peristomii interni dentes* singulis exteriorum paribus interpositi, e duplici cellularum serie conflati et inde quasi moniliformes, introrsum vergentes, lutescentes. *Fimbria* nulla. *Operculum* theca triplo brevius, conicum aut e convexo rostratum, rectum, columellae apicem interdum secum abripiens, e rufo lutescens, postea brunneum. *Calyptra* ovata, mucronata, integra, laeviuscula, glabra, e lutescente fusca.

Distinguitur in statu sicco a similibus statura minori, foliis arcte complicatis, ut caules teretes esse videantur, et longa theca.

Tab. L. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una ex his augm. o. Fig. 3. folium caulis; 5. perichaetii feminei augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca cum seta et vaginula augm. II. Fig. 7. thecae iunioris 8. vetustioris apex augm. IV. et fig. 9. duo dentium externorum paria augm. V. Fig. 10. operculum, fig. 11. calyptra augm. II.

2. ROGERI, peristomio interno octodentato, theca immersa sulcata, foliis lingulatis obtusis integerrimis, caule erecto. Tab. LIII.

O. *Rogeri*, caule erecto ramoso, foliis linguaeformibus obtusis, capsulae oblongae cylindraceae operculo convexiusculo breviter acuminato, calyptrâ conicâ glaberrimâ. Brid. musc. suppl. 2. p. 9.

In monte Iura ad truncos fagorum lectum misit Roger. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* erectus, subramosus, lineas quatuor vel octo altus. *Folia* copiosa, erectiuscula, basi subcarinata, lingulata, obtusa, integerrima, marginata, margine quandoque involuta, tenera, plicis destituta, siccitate parum convoluta, pallide viridia: nervo crasso, pone apicem evanescente, concolori: reticuli areolis quadratis, contiguis, minimis et in omni folii plaga subaequalibus et similibus, ita ut cum *plicato* conveniat, a caeteris vero congeneribus valde recedat. *Folia perichaetii* caulinis simillima, magis erecta. *Vaginula* brevissima, subovata, fusca. *Seta* theca triplo brevior, crassiuscula, laevis, siccitate vix tortilis. *Theca* elongato-oblonga, octies sulcata, apice folia perichaetii aequans, e luteo brunnea. *Peristomii externi dentes* octo, theca decuplo breviores, lineis tribus impressis subbigeminati, tenuiter trabiculati, pallidiores quam theca. *Peristomii interni dentes* externis dimidio fere breviores, capillares et una cellularum serie compositi, flavescentes. *Fimbria* nulla. *Operculum* conicum, theca quadruplo brevius, eique concolor sed basi rufescens. *Calyptra* campanulata, theca parum brevior, octies sulcata, glabra.

Foliorum forma, mollitie et teneritate ab omnibus differt.

Tab. LIII. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una ex his augm. I. Fig. 3. folia caulis, 4. perichaetii augm. II. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca cum vaginula, Fig. 7. peristomii externi quarta pars, 8. interni cilia augm. IV. Fig. 9. Calyptra augm. I.

3. PLICATUM, peristomio interno octo-dentato, theca exserta sulcata, foliis oblongis obtusis integerrimis, caule repente. Tab. LII.

Orthotrichum *plicatum*; caule repente, ramis brevibus, erectis, subdivisis, foliis imbricatis, lanceolatis, costâ integrâ notatis; floribus axillaribus; pyxidis erectae, ovatae tubo longiori, sinuoso, plicato; calyptra basi truncatâ. Palisot. Beauv. Aetheog. p. 81. Brid. muscolog. suppl. II. p. 13.

In insula Franciae lectum communicavit clar. Aubert Du Petit Thouars. ♃.

Radices per caulem sparsae, capillaceae. *Caulis* repens, uncias duas, quatuor longus, calvescens, fuscus, pinnatus: *rami* steriles plerumque simplices; fructiferi subramosi, erecti, teretes et acuminati, foliis dense tecti. *Folia* sparsa, laxius imbricata, oblonga, obtusa, iuniora submucronata, integerrima, siccitate complicata, paulum tortilia, obesa et mollia, e luteo viridia in apicibus ramorum iuniorum, e viridi fuscescentia in ramorum annotinorum aut vetustiorum parte: nervo crasso, ad apicem vix perdurante, ferrugineo: reticuli areolis minutis, circularibus. *Perichaetia mascula* rara ad apices ramulorum: *folia* ex ovato brevius acuminata, aut ovato lanceolata, quandoque denticulata. *Paraphyses* paucae, ter articulatae, medio paullum crassiores. *Perichaetia feminea* innovante trunco laterales fiunt, foliis masculorum similibus et dimidio minoribus, interioribus minoribus et tenerioribus, quam caulina, atque paraphysibus filiformibus,

multiarticulatis, longioribus instruuntur. *Vaginula* in nullo musco nobis noto talis occurrit. Est nempe obverse pyriformis, basi inflata, laxe setam amplectens et apice hians, latere fissa, et pistillorum vestigia gestans, duplo fere maior quam ipsa theca, ferrugineo-fusca, apice sublutescens. *Seta* basi tumida, quasi alteram vaginam mentiens, versus apicem rursus intumescens et striata, caeterum recta, siccitate tortilis, lineas quatuor longa. *Theca* pyriformis, sulcis subsenis exarata, recta, brunnea, ore rufescens. *Operculum* e convexo conicum, obtusiusculum, theca triplo brevius, concolor. *Peristomii externi dentes* octo, truncati, bis geminati, trabiculati, erecti, siccitate reflexi, lutei: *interioris* dentes totidem, lineares, margine continui (haud moniliformes) intus patentes, albidi. *Fimbria* nulla. *Calyptra* thecae magnitudine, conico-campanulata, integra, sursum pilosa, non plicata.

Tab. LII. Fig. 1. Plantae naturali magnitudine. Fig. 2. ramus augm. I. Fig. 3. folia caulis augm. III. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. Vaginula et basis setae augm. IV. Fig. 6. Peristomii externi et 7. interni pars augm. IV. Fig. 8. Calyptra augm. I.

a) *Peristomio interno octo-dentato.*

β) *foliis acutis.*

4. AFFINE, peristomii interni dentibus octo subcapillaribus, theca subimmersa sulcata, foliis ovato-lanceolatis, calyptra pilosa. Tab. XLIX. in qua mutetur nomen.

O. *affine*, foliis lanceolatis margine revoluto-patulis, capsula oblonga striata, peristomii dentibus internis octo capillaceis. Schrad. spicileg. flor. German. p. 67. Brid. muscol. suppl. II. p. 7. excluso synonymo *rupestris* et forte etiam *pumili* Schleich.

O *heterophyllum*; surculis plurimis e radice communi, erectis simplicibus; foliis oblongis obtusis, superioribus flores cingentibus, lanceolatis, in pilum longum desinentibus; floribus terminalibus subimmersis. Palisot Aetheog. p. 80? Sub hoc nomine accepi caespitem Orthotrichi *affinis* intermixto quodam dicrano aut Grimmia *ovata*.

Weissia *octoblepharis*, caule diviso, foliis oblongo-lanceolatis obtusis concavis carinatis, capsulis subsessilibus, peristomio externo et interno octo-dentato. Roth. flor. German. III. p. 238.

In arborum truncis et ad asseres putrescentes Europae vulgatissimum; vere fructificat. ♃.

Radix capillacea aut subtomentosa, in caulem imum parum ascendens. *Caules* in pulvinulos congesti, erecti vel ascendentes, ramosi, fastigiati. *Folia* densa, erecto-patentia, lato-lanceolata, acuta, carinata, margine revoluta, apice erosa, quandoque integerrima, stria una vel altera laterali notata, amoene viridia: nervo crasso, infra apicem evanescente, concolori aut lutescente: reticuli areolis circularibus, discretis. *Flores masculi* in eodem cum femineo, aut separato minori caule axillares, ovati, pallidiores. *Folia perichaetii* ovata acutiuscula, cau-

linis quintuplo minora, concava interiora enervia, reticuli areolis oblongis, contiguis. *Antherae* sex. *Paraphyses* nullae. *Folia perichaetii feminei* caulinis similia, sed, primordio minora, postea longiora et evidentius bistriata. *Pistilla* quinque. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* ovato-cylindrica, longior quam lata, virens, serius fusca. *Seta* lineas duas ad quatuor vel plures longa, erecta, crassa, parum tortilis. *Theca* ovata, basi attenuata elongata, cavo vero seminifero exacte ovato nec in illud thecae diverticulum descendente, sulcata, brunnea aut rufo-fusca; seminibus eiectis cylindricam formam simulat. *Peristomii externi dentes* octo geminati, apice eroso-truncati aut integri, erecti, aetate reflexi et thecae appressi, pallidiores quam theca. *Peristomii interni dentes* octo capillares, cellularum simplici serie positarum isthmis subarticulati, siccitate introrsum versi, madore erecti et inter binos externi peristomii dentes recepti visum fugiunt, albi. *Operculum* e convexo rostratum, obtusum, thecae quartam partem aequans, theca pallidius. *Calyptra* cylindrico-campanulata, integra, sulcata, sursum pilosa, e stramineo fusca. Variat longitudine setae bilineari et fere octolineari.

Tabula XLIX. Fig. 1. Plantae naturali magnitudine. Fig. 2. rami apex augm. 0. Fig. 3. 4. folia caulis, fig. 5. perichaetii feminei augm. I. Fig. 6. 7. apices foliorum augm. IV. Fig. 8. vaginula, seta et thecae ima pars augm. I. Fig. 9. peristomii externi et 11. interni dimidia pars augm. IV; fig. 10. externi fig. 12. interni dens

augm. V. Fig. 13. calyptra, fig. 14. theca cum operculo augm. I.

5. PUMILUM, peristomio interno octo-dentato, theca immersa sulcata, foliis ovato-lanceolatis acutis, calyptra glabra. Tab. L.

O. *pumilum* foliis lato-lanceolatis acutis margine revolutis patulis, capsulis cylindricis subsessilibus, peristomiorum dentibus octo albidis, calyptra nuda Swartz musc. Suec. p. 42. 92*. t. 4.

Crescit ad salicum cortices, in Europa media et boreali, vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* lineas quatuor aut decem altus, parce ramosus, subfastigiatus, ferrugineus. *Folia* lanceolata, acuta, apice sub-erosa, margine revoluta, carinata, lateribus subbistriata, madore patula, siccitate appressa, amoene viridia: nervo valido concolori, sub apice evanescente: reticulo congenerum. *Flores masculi* in apice et latere caulis et saepe pone femineos ovati, caulinis foliis quadruplo minores, ovati, lutei, nitidi. *Folia perichaetii* quatuor ovata, lutescentia, enervia, extimum seminerve. *Antherae* quatuor subovatae, subsessiles, lutescentes in ipso vegeto statu. *Paraphyses* nullae. Cave ne ramulorum rudimenta pro floribus dirimas. *Folia perichaetii feminei* caulinis similia, sed erecta et concava. *Pistilla* pauca. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* brevissima, lenticularis, aut brevissime cylindrica, brunnea. *Seta* lineam longa, crassa. *Theca* oblongo-ovata; baseos inanis pars sporangidio,

ovato, dimidio aequalis, neque vero angustior; theca octies sulcata, brunnea. *Peristomii externi dentes* octo, minus evidenter divisi, sed ubi pressio exigua adhibetur, luculenter in duos dentes, singulos bifidos, pari modo quo in *obtusifolio*, secedunt. Caeterum magis spongiosi, teneriores et pallidiores esse solent, quam in congeneribus et per siccitatem deflexi minus arcte apprimuntur. *Peristomii interni dentes* octo, spatio inter duos dentes externos innixi, simplici ordine cellularum compositi, continui nec moniliformes, intus vergentes, albidi. *Fimbria* nulla. *Operculum* convexo-rostratum, theca sextuplo brevius, erectum, lutescens aut pallidius brunneum. *Calyptra ovato* campanulata, mucronata, leviter sulcata, glabra, e stramineo grisea.

Foliis acutis et thecae forma, sporangidii proportione differt ab *obtusifolio*.

Tab. LI. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una augm. o. Fig. 3. folium caulis, fig. 5. perichaetii feminei, fig. 6. theca augm. II. Fig. 4. apex folii, fig. 7. et 8. apex thecae, fig. 9. peristomii interni dentes quinque augm. IV. Fig. 10. operculum, fig. 11. calyptra augm. II.

6. CRISPUM, peristomio interno octo-dentato, theca exserta sulcata, foliis lanceolato-linearibus tortilibus. Hedw. Spec. musc. p. 162. Stirp. crypt. II. t. 35.

O. *curvifolium* foliis basi ovatis sursum attenuatis, siccitate incurvis, setis exsertis superne incrassatis, capsulis ovalibus, pilis calyptrae apice brevioribus. Wahlenberg. It. Lapp. p. 365.?

β. minus.

O. *cirratum* Bernhardi in litt.

Crescit ad arborum, inprimis pinuum truncos in montosis siccioribus Europae et borealis Americae. ♃.

Hedwigii icon non satis convenit, ne speciminibus quidem herbarii ipsius collatis; peristomii enim externi dentium octo paria, interni totidem dentes viderunt Smithius, Weberus et Mohrius, et ego ipse. Pili calyptrae articulati, ut Smithius ait, saepe sunt, saepe vero etiam articuli non conspici queunt.

Calyptrae apex interdum calvus in var. α et β.

7. Ludwigii, peristomio octo-dentato, theca exserta extremitatibus plicata, foliis lanceolato-acuminatis subtortilibus, calyptra et vaginula pilosa. Tab. LI. Brid. muscolog. suppl. II. p. 6.

Legit, distinxit, examinavit Carolus Ludwig, plantarum et inprimis cryptogamicarum peritissimus, iconum huius operis auctor, in montosis Sudetum ad truncos arborum; e Succia misit Swartzius, e Tyroli Gebhard, e Thuringia alii. Lipsiae, ubi Bridelius lectum dicit, nemini occurrit haec planta. Caeterum vere et aestate humida viget. ♃

Radix capillacea et tomentosa, in caulem inferiorem ascendit. *Caulis* unciam dimidiam duasve altus, erectus, ramosus, fastigiatus. *Folia* densa, erecto-patula, lanceolato-acuminata, integerrima, carinata, mollia, siccitate subtortilia, pallide viridia, senio fusca: nervo valido, subcolorato, infra apicem evanescente: reticuli areolis circularibus, inter omnia orthotricha

tales areolas habentes excepto *crispo* tenerrimis. *Flores masculi* terminales, ovati, rufi, maiores quam in congeneribus. *Folia perichaetii* sex, ovata vel oblongo-ovata, concava, enervia, e rufo pallide lutea; reticuli areolis oblongis, contiguis. *Antherae* oblongae, curvulae, duodecim aut plures subsessiles, rufescentes. *Paraphyses* pauciores, filiformes, antheris aequales longitudine, at teneriores, multiarticulatae. *Perichaetii feminei folia* totidem quot in masculo, caulinis similia, minora, postea augenda. *Pistilla* pauciora. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* conica, triplo longior, quam lata, fusca, pilosa: pilis erectis, flexuosis, vaginula longioribus, dentato-scabris, continuis nec articulatis et hac structura a paraphysibus et pistillis a prima aetate diversis. *Seta* octo lineas alta, erecta, crassa, funis grossi instar torta, apice crassior, luteo-brunnea. *Theca* obovata, iuventute laevis, aetate basi et pone orificium plicata, e viridi fusca. *Peristomii externi dentes* octo, geminati, singuli linea fissuram mentiente longitudinali exarati, obiter trabiculati, erecti, pallide lutei. *Peristomii interni dentes* capillares, exteriorum singulis paribus interpositi, introrsum vergentes, albidi. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexo rostratum, rectum, theca quintuplo brevius, luteum, basi rufescens. *Calyptra* campanulato-mucronata, quadrifida: laciniis aequalibus, sursum pilosa, fusco-lutea.

Primum quod novi exemplar vaginulae vere pilosae!

Tab. LI. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. ramus augm. o. Fig. 3. folia caulis, 5. perichaetii feminei augm. I. Fig. 4. folii apex augm. IV. Fig. 6. vaginula

augm. II. et 7. eius pilus augm. IV. Fig. 8. theca iunior, fig. 9. vetusta augm. II. Fig. 10. peristomii externi et fig. 11. interni dimidia pars augm. IV. Fig. 12. calyptra augm. I.

8. COARCTATUM, *peristomio interno octo-dentato, theca exserta extremitatibus plicata, foliis linearibus rigidiusculis, vaginula glabra.* Tab. LII.

Orthotrichum *coarctatum;* caule suberecto ramoso, ramis inclinatis; foliis linearibus, siccitate crispis, costâ integrâ notatis; pyxidibus erectis pyriformibus; orificio striato, coarctato; calyptrâ pallidâ, hirtâ. Palisot Beauv. Aetheog. p. 80. Brid. muscol. recent. suppl. II. p. 13.

In arborum truncis in America septentrionali lectum communicaverunt clarr. Persoon et Richard. Cum orthotricho *crispo* mixtum degit. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* erectus, subramosus, ramis elongatis, pollicem longus. *Folia* sparsa, erectiuscula, lineari-lanceolata, subcanaliculata, integerrima, laxa, siccitate erecta, plicata, parum flexa, nec vero tortilia, e luteo viridia: nervo crasso, ad apicem fere pertingente: reticuli areolis minutissimis, seriatis, subquadratis. *Flores masculi* solitarii in apice caulium, subgloboso-ovati, acuti, foliis caulinis quadruplo minores, rufescentes. *Folia perichaetii* quinque aut sex, ovata, acuta, concava, exteriora evanidinervia, interiora plurima enervia, lutescentia. *Antherae* oblongae, curvulae, subsessiles, decem, areolis reticuli oblongis contiguis, rufescentes. *Para-*

physes pauciores, aequales, filiformes, pallidae. *Flores feminei* caulinorum foliorum colore. *Folia perichaetii* caulini similia, excepto intimo paullo angustiora. *Pistilla* quatuor. *Paraphyses* plures. *Vaginula* ovata, vix perceptibilis, brunnea. *Seta* erecta, apice incrassata, vix semipollicaris, siccitate tortilis, brunnea. *Theca* ovata, in setam decurrens, iuniori aetate sulcata, e viridi lutea, senior medio laeviuscula, apice plicata, versus os angustata, basi sulcata, brunneo-lutea. *Peristomii externi dentes* octo, truncati, bis geminati, apice subquadrifidi, trabiculati, erecti, siccitate reflexi, lutei. *Peristomii interioris dentes* totidem, dimidio breviores, submoniliformes, intus patentes, lutescentes. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexo subulatum, obtusiusculum, theca duplo brevius, eique concolor. *Calyptra* campanulata, integra, sulcata, sursum pilosa, thecae magnitudine, straminea.

Tab. LII. Fig. 1. Plantae naturali magnitudine. Fig. 2. Ramus augm. 0. Fig. 3. folia caulis, 4. perichaetii augm. I. Fig. 5. Apex folii augm. IV. Fig. 6. Theca augm. I. Fig. 7. Peristomium externum et 8. internum augm. IV. Fig. 9. Calyptra augm. 0.

9. RUPESTRE, peristomii interni dentibus octo lanceolatis, theca immersa subsulcata, foliis lanceolatis. tab. LIII.

O. *rupestre* Schleich. crypt. Helvet. exsiccat. cent. III. n. 24.

Legit in Helvetiae rupibus Schleicher, in Carinthiae alpibus (Pasterze) ego ipse, in Gallia simillimum Persoonus. Floret muscus aestate. ♃.

Radix capillacea, in caulem inferiorem ascendens. *Caulis* uncialis aut biuncialis, erectus, post florem innovans et superius divisus, edit saepe ramulos attenuatos, foliis remotioribus et basibus imbricatis, qui radices quandoque ipsi exserunt et, quando separati a caule sunt, propriam vitam degunt. Hoc rursus probat, proles muscorum ab eorundem floribus masculis diversissimas esse. *Folia* spissa, patentia, subrecurva, carinata, longo-lanceolata, integerrima, vix unquam striata, e nigro viridia, iuniora flavo-viridia: nervo crasso concolori apice evanescente: reticuli areolis subcircularibus, discretis. *Flores* monoeci: *masculi* intra quintuplo longiora caulina folia reconditi, saepius pone basin ramorum prolificantium siti, ovati, fusci, nitidi. *Folia perichaetii* subsena, ovata, obtuse acuminata: intima obtusiora, concava; exteriora nervo versus apicem evanescente instructa, intima eodem carentia e fusco lutea: reticuli areolis subquadratis contiguis. *Antherae* quatuor vel sex oblongae, subincurvae, filamento brevi, e viridi luteae. *Paraphyses* copiosae, antheris paullo maiores, multi-articulatae, lutescenti-albae. *Flores feminei* terminales, oblongi, luteo-virentes. *Folia perichaetii* caulinis similia, paullo angustiora, initio minora, postea altius excrescentia. *Pistilla* quatuor vel plura. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* ovata, theca octuplo brevior, brunnea. *Seta* theca quadruplo brevior, erecta, crassa, lutea. *Theca* ovata, octo-sulcata, lutea. *Peristomii externi dentes* octo geminati, singuli in quaque copula saepe apice connati et lacuna longitudinali pertusi, ut quandoque talis copula videatur esse dens simplex, lacunis duabus tribusve per-

tusus, ut in Weissia *splachnoide;* caeterum erecti, siccitate reflexi, lutei. *Peristomii* interni dentes octo lanceolati, e duplici cellularum serie compositi, pallide lutei. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexo conicum, theca quadruplo brevius, pallidius. *Calyptra* campanulata, acuminata, sulcata, basi crenata, pilosa, e luteo nigricans.

Differt ab O. *striato* et *affini* dentium interni peristomii numero aut figura, colore partium, floribus et loco natali, ab *anomalo* praeter characteres certiores theca immersa statim dignoscent peregrinantes botanici.

Tabula LIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. ramus augm. o. Fig. 3. folia caulina vetustius fuscum et viridius iuvenile, 4. perichaetii feminei adulti augm. 1. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca, 9. calyptra augm. I. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni dimidia pars augm. V.

b. *Peristomio interno sedecim-dentato.*

10. STRIATUM, peristomii interni dentibus sedecim lanceolatis erosis, theca immersa laevi, foliis lanceolatis. Tab. LIV.

O. *striatum* Spec. muscorum p. 163. In Fundam. hist. muscor. 2. t. 7. fig. 36. quoad peristomium bona, sed striae deleantur thecae.

O. *striatum* in stirp. crypt. II. t. 36. ad O. *affine* potius pertinet, cum quo conveniunt et ipsa specimina Hedwigiani herbarii, quae eadem esse videntur, e quibus icon compo-

sita est. In descriptione vero peristomii et thecae ambas species Hedwigium confudisse exinde patet, quod peristomii dentium numerum nostri *striati*, figuram potius *affinis* descripserit, et thecam mox striatam, mox laevem dicat, quam *affine* semper striatam, *striatum* laeviusculam habet.

Bryum *striatum* antheris subsessilibus sparsis, calyptris striatis sursum pilosis. *α.* Linn. Spec. pl. 2. p. 1579.

Crescit in silvis opacis ad cortices quercus et abietis ramos, minus frequens, aestate fructiferum. ♃.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* uncias 1 — 3 altus, ramosus, fastigiatus, minus dense foliosus, quam congenerum. *Folia* erecto-patula, lanceolata, carinata, margine subinflexa, saepe bistriata, apice sub-erosa: nervo concolori infra apicem evanescente, amoene viridia: areolis reticuli circularibus, seriatis. *Flores* monoeci; masculi oblongo-ovati, axillares, flavicantes, folio quadruplo breviores. *Folia perichaetii* quatuor, (pauciora ut et in ipso caule quam congenerum) oblongo-ovata, intima ovata obtusa, concava: exteriora vel exterius unum evanidinervia, intima enervia: reticuli areolis oblongis, contiguis. *Antherae* octo, oblongae, brevissimo filamento. *Paraphyses* nullae. *Flores feminei* terminales, foliis caulinis concolores. *Perichaetii folia* subsena, caulinis similia, primordio minora, posterius maiora. *Pistilla* octo. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* ovata, theca octuplo brevior. *Seta* erecta, theca quintuplo brevior, brunnea. *Theca* ovata, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* sedecim, lineari-lanceolati obtusi, linea media subgemi-

nati, laeves, vix evidenter trabiculati, brunnei: *interiores* totidem, lanceolati, duplici serie cellularum compositi, valde erosi, erecti magis, quam intus flexi, flavescentes. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexo rostratum, theca quadruplo brevius, lutescens, basi rufum. *Calyptra* campanulata, sulcata, basi crenata, subpilosa, stramineo-fusca.

Tabula LIV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. ramus augm. o. Fig. 3. folia caulina, 5. perichaetii feminei augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca, 9. calyptra augm. I. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni dimidia pars augm. IV. Fig. 9. calyptra augm. I.

† *rivulare*, foliis oblongis concavo-carinatis obtusis erecto-patulis subsecundis; capsula subpyriformi sessili; calyptrâ calvâ. Turn. muscol. Hibern. p. 96. t. 8*.

In saxis in rivulis Hiberniae.

11. DIAPHANUM, peristomio interno sedecim-dentato, theca immersa subsulcata, foliis lanceolatis ruptinervibus piliferis. Tab. LV.

O *diaphanum*, foliis lanceolato-acuminatis apice diaphanis, capsula oblonga striata, peristomii dentibus internis capillaceis. Schrad. spicileg. florae German. p. 69*. Turner muscol. Hibern. specim. p. 99*.

O. *ulmicola* Anal. de Cienc. nro. 14. p. 136. non differt auctoribus Webero et Mohrio crypt. German. p. 235.

Crescit ad asseres et arborum truncos in regionibus depressis et frequentius in montosis inprimis calcareis Germa-

niae, Sueciae, Galliae, Angliae, Helvetiae, hieme et vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* erectus, parce ramosus, semipollicaris, dense foliosus, ut eius color in oculos non incurrat. *Folia* lanceolata, acuminata, pilo diaphano, lato, subdentato, folii sextam partem aequante, concava, carinata, margine revoluta et bistriata, erecta et imbricata magis, quam in congeneribus, suprema paulum patentia, pallide viridia, aetate et siccitate nigricantia: nervo ad pilum usque neque vero evidenter altius perdurante, valido, concolori vel pallidiori: reticuli areolis circularibus, discretis, in basi folii oblongis, contiguis, spissis. *Flores masculi* gemmacei, axillares, flavescentes; duplo breviores quam folium, quo foventur. *Perichaetii folia* circiter sex, ovata, acuta; extrema paullo maiora et acutiora, subacuminata, extremum quandoque pili brevissimi rudimento instructum: interiora enervia, exteriora nervi evanescentis vestigio notata: areolis reticuli subquadrangularibus contiguis. *Antherae* decem oblongae, subcurvatae. *Paraphyses* nullae. *Flores feminei* terminales. *Folia perichaetii* caulinis similia, latiora, teneriora, magis erecta. *Pistilla* quinque. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* oblongo-conica, glabra, virens aut fuscescens. *Seta* brevis, trilinearis, crassa, erecta, lutea. *Theca* oblonga, cavo seminifero quatuor quintas partes thecae replente, sulcata, e luteo virens, evacuata straminea. *Peristomii* externi dentes sedecim, subbifidi aut octo parium, erecti, aetate reflexi, lanceolati, obiter trabiculati, subtiles et pallidi: *interni* capillares, areolis simplici ordine positis, sedecim (raro octo),

intus vergentes, albidi. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexo conicum, obtusum, luteum. *Calyptra* campanulata, breviter acuminata, sulcata, basi lato-crenata, glabra vel subpilosa, straminea aut fusco-straminea.

Vidi in eodem caespite alias thecas peristomii utriusque dentes octo, alias sedecim gerentes.

Tab. LV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una augm. o. Fig. 3. folia caulina et 6. perichaetii feminei augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. fig. 5. pars e dorso folii augm. III. Fig. 7. theca augm. II. Fig. 8. Peristomii externi, 9. interni dimidia pars, fig. 10. utriusque peristomii dens augm. V. Fig. 11. calyptra augm. I.

† *aristatum*, caule subsimplice; foliis oblongo-spatulatis retusis piliferis; calyptra calva. Turn. muscol. Hibern. p. 100. Dicks. fascic. IV. t. 10. f. 12. sub *diaphano* exclus. synon. In Suffolkia lectum. 4.

Dicitur differre a *diaphano* nervo in folii pilum excurrente et habitu.

c. *Peristomio interno nullo.*

12. STRANGULATUM, peristomio simplici: dentibus integris sedecim, theca immersa sulcata medio constricta, foliis lanceolatis obtusiusculis. Tab. LIV.

O. *strangulatum*, caule erecto diviso; foliis lanceolatis, costâ integrâ notatis; pyxidibus subimmersis, sub orificio strangulatis; calyptrâ fuscâ, brevi, cupulaeformi. Palisot Beauv. aetheog. p. 81.

Ex Pensilvania misit Mühlenbergius et communicavit idem Palisot Beauvois, probabiliter rupestre aut terrigenum. ♃.

Radix capillacea, basilaris, in caulem ascendens. *Caules* in caespitem congesti, erecti, lineas duas vel sex longi, simplices, aut subramosi, breves, pro longitudine sua crassi et dense foliosi. *Folia* erecta, lanceolata, obtusiuscula, integerrima, subcarinata, non striata, inferiora minora, crassa et vix pellucida, e fusco viridia: nervo valido, ad apicem fere perdurante, e luteo fusco: areolis reticuli minimis, subquadratis, contiguis. *Flores masculi* in distincto caule subsolitarii, terminales, foliis duplo minores, sed maiores ratione plantae quam in congeneribus, ovati, fusco-lutei. *Folia perichaetii* sex, ovata, acuta, lutea, enervia: areolis reticuli oblongis, contiguis. *Antherae* oblongae, subcurvatae, sex ad decem, concolores perichaetio; *filamenta* brevissima. *Paraphyses* paucae, paullo longiores filiformes, multi-articulatae, pallidiores. *Flores feminei* lutei. *Perichaetii folia* caulinis, vel quoad reticulum simillima, intimum latius, primordio minora, postea caulinis fere maiora. *Pistilla* subsena. *Paraphyses* totidem, pistillis aequales, maturante fructu duplo longiores. *Vaginula* semiovata, brevissima, fusca. *Seta* theca sextuplo brevior, erecta, crassa. *Theca* oblonga, sub ore constricta, sulcata, e viridi et fusco lutescens, sicca et effoeta flava, nitens. *Peristomii dentes* thecae tredecima parte vix longiores, sedecim, lanceolati, minus evidenter trabiculati, linea media longitudinali notati, e fusco lutei. *Peristomium internum* et *Fimbria* nulla. *Operculum* convexo-rostratum, obtusum, theca quintuplo brevius, luteum, basi ru-

fum. *Calyptra* campanulata, octosulca, basi subcrenata, rariuscule pilosa, e fusco lutea.

Tab. LV. Fig. 1. Plantae naturali magnitudine. Fig. 2. una ex his augm. II. Fig. 3. folia caulina, 4. perichaetii feminei adulta augm. I. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca matura 7. effoeta augm. II. Fig. 8. Peristomii pars augm. IV. Fig. 9. calyptra augm. I.

13. CUPULATUM, peristomio simplici: dentibus lacunosis, theca immersa subsulcata, foliis ovato lanceolatis, calyptra globoso-campanulata glabra. Tab. LV.

O. *cupulatum*, caule superne ramoso, foliis lanceolatis patulis, capsulis subsessilibus oblongis striatis, calyptra semiglobosa. Hoffmann. flor. germ. crypt. p. 26. Web. et Mohr. Crypt. Germ. p. 230.

Polytrichum capsulis sessilibus, foliis brevibus rectis, carinatis. Dillen. hist. musc. p. 432. t. 55. f. 10. auctore Hoffmanno huc pertinet.

Crescit denso et subcirculari caespite in rupestribus, praesertim calcareis Germaniae, Helvetiae et Galliae rarius. ♃.

Radix capillacea, paulum in caulem ascendens. *Caulis* ascendens aut erectus, versus apicem ramos subfastigiatos edens. *Folia* spissa, erecto-patula, saepius obliqua, carinata, lanceolata, acuta, integerrima, versus apicem margine inaequalia, plica quandoque laterali medium folium percurrente instructa, pallide virentia; nervo valido, ad apicem fere ultimum

perdurante: reticuli areolis circularibus, discretis, in lineas parallelas dispositis, subtilioribus quam O. *anomali*. *Flores masculi* terminales ut plurimum in suo caule, maiores et crassiores quam congenerum, ovati, lutescentes, nitidi. *Folia perichaetii* octo aut plura, ovata, acuta, concava et margine parum inflexa, enervia: reticuli areolis oblongis, contiguis, flavescentia. *Antherae* ex oblongo ovatae, subsessiles, plures quam duodecim, lutescentes. *Paraphyses* filiformes, illis non longiores, multiarticulatae, copiosae. *Folia perichaetii feminei* caulinis similia, sed longiora, intimum latius, operculi apicem aequantia, magis concava et erecta. *Pistilla* decem aut plura. *Paraphyses* paucae. *Vaginula* brevissima, semi-ovata, latior quam longa, fusca. *Seta* theca triente brevior, erecta, crassa, siccitate parum tortilis, luteo-brunnea. *Theca* ovata, basi attenuata, sporangidio breviter ovato ab inferiore attenuata thecae parte seiuncto, multistriata (nec sulcata), e luteo brunnea, ore rufo. *Peristomii* dentes sedecim octo parium, iuventute exiguis isthmis continui, inter quos lacunae oblongae et divisionis manifesta vestigia manent, aetate paulum discreti, erecti, trabiculati, pallide lutei. *Operculum* e convexulo rostratum, rostro obtusiusculo, recto, theca quintuplo brevius, pallide luteum. *Calyptra* campanulata, mucronata, sulcata, glabra, paucissimis pilis erectis ornata, lutea, mucrone fusco.

Tab. L. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. ramus fructifer augm. o. Fig. 3. folium caulinum fig. 4. perichaetii feminei augm. I. Fig. 5. apex folii augm. IV.

Fig. 6. Theca, fig. 7. calyptra augm. I. Fig. 9. peristomii pars augm. IV. Fig. 9. peristomii dentium par unum augm. V.

14. ANOMALUM, peristomio simplici: dentibus octo integris, theca exserta sulcata, foliis ovato-lanceolatis, calyptra pilosa. Spec. musc. p. 162. Stirp. crypt. II. t. 37. peristomii dentes sedecim exhibet, qui vero octo sunt.

O. *saxatile* Brid. muscol. I. p. 27.

Crescit in saxis omnis Europae, hieme et vere fructiferum. ♃.

Foliorum reticulum, ut in plurimis orthotrichis, constat e seriebus areolarum circularium discretarum; margo non omnino integerrimus est, sed apice inaequalis; nervus pone apicem evanescit.

* * *

† *Americanum*, caule erecto diviso; foliis imbricatis, lanceolatis carinatis, costâ integrâ notatis; pyxidi oblonga; tubo breviori; calyptra lutea pallida hirta. Palisot B. aetheog. p. 80. habitu *anomalo* simile non potui definire, quia in multis speciminibus peristomia non aderant.

† O *longisetum* Schleicheri pl. crypt. Helvet. exsicc. Cent. II. n. 32. et *exiguum* eiusdem pari de causa praeterire cogor.

† *nudum*, foliis lanceolatis carinatis margine revolutis, peristomio interno nullo, calyptrâ calvâ. Dicks. fascic. IV. p. 6. t. 10. f. 13. Turn. muscol. Hibern. p. 97. Species apocrypha; specimina a Turnero missa ad *affine* referenda sunt.

† *Brownianum*, acaule, foliis radicalibus linearibus planis, perichaetialibus concavis, peristomio simplici, calyptrâ nudâ. Dicks. fascic. crypt. IV. p. 7. t. 10. f. 10. sub Bryo. Smith. flora Britann. III. p. 1259.

Praeterea novimus duo vel tria orthotricha Germanica, quorum unum foliis heteromallis, alterum (in Iutlandia ad salices prope Tondern) caule undique prolifico valde insignia sunt; sed nondum fructifera invenimus.

* * *

Orthotrichum *splachnoides* Brid. muscol. suppl. 2. p. 4. est Neckera.

SCHLOTHEIMIA.

Peristomii externi dentes sedecim revolubiles: *interius* membrana conica, plicata, irregulariter dehiscens.

Habitus Orthotrichi. *Caules* raro repentes, plerumque erecti, rami erecti fastigiati. *Folia* densa longa, solidinervia, tenacia, subtilissime reticulata; siccitate contorta. *Setae* longae. *Thecae* cylindricae, erectae. *Opercula* rostrata. *Calyptrae* campanulatae, sulcatae, integrae, basi laciniis latis auctae. Locus arboreus. Patria zona torrida.

1. TORTA, repens: ramis subsimplicibus, foliis lingulatis brevissime cuspidatis, theca cylindrica, operculo conico-rostrato.

Hypnum *torquatum* Spec. musc. p. 246. t. 63. f. 4—7.

Neckera *torta* Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1806.

Ad truncos arborum in Iamaica, Swartz. 4.

2. SQUARROSA, repens: ramis compositis fastigiatis, foliis lingulatis brevissime cuspidatis, theca cylindrica, operculo convexo-rostrato Tab. LVI.

Schlotheimia *squarrosa*, caule repente, ramis erectis compositis, foliis imbricatis undique reflexis ovato-lanceolatis acuminatis, capsulae subcylindricae operculo conico, calyptra conica acuminata basi multifida. Brid. suppl. musc. II. p. 18. excluso synonymo orthotrichi *pallidi*, γ.

In insula Borboniae lectam communicavit clar. Persoon. ♃.

Radix basilaris, exigua, tomentosa; caulinae capillares. *Caulis* decumbens, flexuosus, hinc inde radicans, denudatus, fuscus. *Rami* erecti, bis, ter, quaterve divisi, compositi, apicibus fastigiatis. *Folia* copiosissima, conferta, subpatentia, siccitate spiraliter contorta, lineari-oblonga, obtusa, sub-opaca, fusco- aut luteo-brunnea: nervo crasso in cuspidem brevem exeunte, saepe plica una laterali cum nervo convergente, substantia crassa: reticuli areolis minutis, subcircularibus, seriatis, copiosissimis, in ima folii basi et pone nervum tandem parallelogrammis. *Flores masculi* probabiliter distincti, terminales; *feminei* terminales. *Folia* perichaetii caulinis similia, paullo longiora, nec plicata. *Pistillà* numerosa, brunnea. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, articulatae, albae. *Vaginula* cylindrica, laxa, collo angustata, perichaetio triplo minor, rufo-fusca. *Seta* erecta, siccitate parum tortilis, e testaceo fusca, vix semiuncialis. *Theca* erecta, cylindrica, e lutescente brunnea. *Peristomium externum* quartae thecae parti aequale: *dentes* lineares, apice truncato-emarginati, sulco medio longitudinali exarati, madore incurvato-erecti, siccitate (quasi in cochleae speciem) revoluti, rufo-brunnei. *Peristomium interius* membrana prin-

cipio integra, conica, plicis indefiniti, fere trigintaduodenarii numeri decurrentibus, apice tantum plicata: reticuli vix perspicui areolis parallelogrammis, raro una alterave lacunula pertusa, lutescens; postea dentium externorum crura, quae sulco suo membranae adhaerent, hanc repente revolvendo dilacerant, ut in plures, sed inaequales lacinias findatur lineares, quae dentium Neckerae speciem nudo oculo exhibere possent, licet his admodum dissimiles sint. *Operculum* conico subulatum, theca dimidio brevius, rectum, luteo-brunneum. *Fimbria* nulla. *Calyptra* conico-campanulata, theca paullo longior, integra, laevis, glabra, nitens, appendicibus basilaribus subsenis, brunneo-fusca.

Tab. LVI. Fig. 1. caulis, 2. ramus primarius naturali magnitudine. Fig. 3. ramulus augm. I. Fig. 4. folia caulis augm. II. Fig. 5. Apex folii augm. IV. Fig. 6. Folia perichaetii feminei augm. II. Fig. 7. Pistilla duo cum paraphysibus et fig. 8. vaginula augm. IV. Fig. 9. Peristomium emissis seminibus in statu sicco; fig. 10. peristomium externum humectatum, fig. 11. peristomium internum effoetum in statu sicco; fig. 12. Peristomium internum recens; omnia augm. IV. Fig. 13. Pars peristomii interni effoeti augm. IV. Fig. 14. Calyptra augm. I.

3. QUADRIFIDA, erecta subramosa, foliis oblongis cuspidatis, theca ovata, operculo convexo-rostrato sublongo Tab. LVII.

Schlotheimia *quadrifida*, caule erectos ubramoso, foliis ovato-lanceolatis longe acuminatis, perichaetialibus similibus,

capsulae ovatae operculo conico, calyptra quadrangulari basi in quatuor lacinias aequales fissa. Brid. suppl. musc. II. p. 18.

Orthotrichum *angulosum;* caule brevi; surculis brevibus, erectis, subdivisis; foliis latis, lanceolatis, acumine longo terminatis, costa integra notatis; floribus axillaribus; calyptra fusca, brevi, quadrangulari, ad basim lacinias quatuor aequalibus fimbriata. Tubo pyxidis longissimo. Palisot Beauv. Aetheog. p. 80.

In insula Franciae, Borboniae, Tristan d'Acunha legit clar. Aubert du Petit Thouars. ♃.

Radix basilaris tomentosa. *Caulis* uncialis, erectus, parce et simpliciter ramosus, foliis undique tectus. *Folia* sparsa copiosissima, erecta, siccitate parum tortilia, oblonga, per nervum validum, emergentem cuspidata, e viridi aut fusco brunnea: reticuli areolis minimis, circularibus, in infima tantum basi parallelogrammis. *Perichaetium femineum* sublaterale; folia simillima et eiusdem magnitudinis. *Vaginula* ovata, brevissima, fusco-brunnea. *Seta* erecta, uncia paullo longior, parum tortilis, fusco-rubra. *Theca* subcylindrica, ore linea impressa cincta, erecta, laevis, brunnea. *Operculum* e convexo subulatum, thecae tertia parte minus, brunneum, basi rufescens. *Fimbria* nulla. *Peristomii externi* dentes lineari-lanceolati, emarginato-truncati, sulco medio longitudinali exarati, trabiculati, siccitate revoluti, brunnei. *Peristomii interioris* membrana rigida reticulata, in lacinias dentiformes irregulariter fissilis, lutescens.

Calyptra conico-campanulata, glabra, nitens, laevis, uno alterove sulco parum conspicuo insculpta; basi angustata et in lacinias quatuor truncatas fissa, theca paullo longior, brunneo-fusca.

Tabula LVII. Fig. 1. Planta et ramus naturali magnitudine. Fig. 2. Ramus augm. o. Fig. 3. Folia augm. 1. Fig. 4. Apex folii augm. IV. Fig. 5. Vaginula et 6. theca augm. I. Fig. 7. Peristomii exterioris et interioris pars, fig. 8. exterioris dentes augm. IV. Fig. 9. Calyptra augm. I.

4? CIRROSA, foliis lineari-lanceolatis tortilibus, theca turbinata, operculo rostrato.

Hypnum *cirrosum* Spec. musc. p. 42. t. 5. f. 1 — 3.

Neckera *cirrosa* Swartz. flor. Ind. Occ. 3. p. 1802.

Ad truncos arborum in Iamaica.

* * *

Schloth. *acicularis* Brid. muscol. suppl. 2. p. 21. Orthotrichum *pallidum* Palisot Beauvois aetheog. p. 61. est Pterogonium.

BARTRAMIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, apice liberis, conniventibus: *interius* membrana plicata, fissa: *dentibus* sedecim, bifidis.

Flores terminales, hermaphroditi vel dioeci.

Genus naturale e specierum simillimarum amplo grege componitur. Omnibus communis est *peristomii* forma, *theca* subrotunda inaequalis, ore plerumque contracto, *operculum* convexum conicum, *calyptra* angusta, latere fissa, decidua. Congruunt porro species foliis angustis, serratis, differunt longitudine foliorum, rigiditate aut flexilitate et directione. Differunt plures species caulis, plerumque subramosi, longitudine definita, dantur vero etiam, quarum singularum caulis mox brevis mox longus sit. Paucae seta, theca parum longiore, a caeteris recedunt; quae in plerisque unciae unius, duarum, triumve altitudinem nanciscitur. Locus omnium terrestris, paludosus, fontinalis, aut rupestris umbrosus; patria zona moderata et frigida, minus abundans videtur calidâ.

* *setis ungue humana longioribus.*

a) *foliis tortilibus aut flexuosis.*

1. POMIFORMIS, caule mediocri ramis abbreviatis, foliis lineari acuminatis erectiusculis subtortilibus glauco - viridibus. Tab. LXVIII. Spec. muscol. p. 154. Brid. musc. II. p. 3. p. 128. t. 1. f. 3. (haud bona).

Bryum *pomiforme*, antheris erectis sphaericis Linn. syst. veg. 947. Spec. plant. p. 1550. nr. 3. Certe si Dillenii synonymon recte habet.

Bryum capillaceum, capsulis sphaericis. Dill. hist. musc. p. 339. t. 4. f. 1.

Morisoni et Vaillantii synonyma incerta sunt.

In regionibus depressis, planis aut submontosis, solo macro umbroso, in silvis, ad latera viarum et ad margines elevatos agrorum in omni Europa. Autumno floret, vere thecas maturat. ♃.

Radix basilaris, in caulem ascendens, fusca. *Caulis* uncialis, erectus, ramosus, fastigiatus, ramis subsimplicibus, dense foliosus, ferrugineus. *Folia* lanceolato-acuminata, grosse dentata, erectiuscula, subcarinata, nec plicata, siccitate paulum tortilia et veluti nodus capillorum hominis connivens, non vero intorta et concinnata ut in B. *crispa;* e glauco viridia, senio ferrugineo-fusca: nervo ad apicem fere perdurante, concolori: reticuli areolis subquadratis, in basi folii parallelogrammis, exiguis. *Flores hermaphroditi* terminales. *Perichaetii folia*

sex, caulinis quintuplo minora, lanceolata, obtusa, concava vel margine inflexa, denticulata, solidinervia, reticulo laxiori et pallidiora, quam caulina. *Antherae* perichaetii foliis vix dimidio minores, decem aut plures, oblongae, ventricosae, luteae. *Pistilla* totidem, centrum floris occupantia, antheris aequalia, ferruginea. *Paraphyses* copiosae, antheris longiores, filiformes, multiarticulatae, albo lutescentes. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Seta* subuncialis, erecta siccitate parum tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca* globosa, ore perangusto, subinaequalis, siccitate striata, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculati, conniventes et thecae orificium occludentes, rufo-brunnei. *Peristomium interius* membrana sedecimfissa et sulcata: *dentibus* lanceolatis, transverse striatis, lutescens. *Operculum* e convexo mammillatum, thecae concolor, basi rufo-annulatum. *Fimbria* nulla. *Calyptra* latere fissa, straminea.

Tab. LVIII. Fig. 1. plantae naturali magnitudine madidae. Fig. 2. alia sicca. Fig. 3. folia caulis, 4. perichaetii feminei augm. o. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. vaginula, 7. theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi dentes duo, 9. interni dentes totidem augm. IV.

2. CRISPA, caule longo, foliis lineari acuminatis basi bistriatis tortilibus luteo-viridibus, stomate contracto. Tab. LIX.

B. *crispa*, surculis subdivisis elongatis, foliis lineari-subulatis flexuosis; setis terminalibus longiusculis; caps. sphaericis. Swartz musc. Suec. p. 73.

B. *Hercynica*, foliis linearibus patulis, thecis ovatis subobliquis; operculo obtuse conico, setis caulem adaequantibus. Flörk. in Schrad. diar. bot. tom. II. p. 171.

Crescit in saxosis et montosis, subalpinis, omnis Europae, et Pensilvaniae; vere et aestate fructifera. ♃.

Radix tomentosa, in caulem alte ascendens, ferruginea. *Caules* magnis densisque caespitibus proveniunt unciam unam, tres pluresve alti, ramis vagis, elongatis, subfastigiatis. *Folia* densa, patula, e latiore erectaque basi in longissimum acumen patulum et laxum attenuata, carinata, basi utrinque plicata, margine et in costa grosse serrata; siccitate crispa et quasi cincinnata, e luteo viridia, aetate e brunneo lutescentia: nervo crasso concolori, basi senioque rufescente, ad apicem perducto; reticuli areolis exiguis, subquadratis. *Flores* gemmiformes, terminales plurimi, innovato caule mox fiunt laterales, mixti. *Folia perichaetii* caulinis simillima, et evidentius plicata, paullo minora et angustiora; caeterum facile ab invicem secedunt, florem aperiunt et genitalia obtutui exponunt. *Flores* alii hermaphroditi pistillis circiter sex et antheris quatuor, alii feminei pistillis paucioribus; alii masculi, in caule inferiora laterales facti, antheris subsenis. *Antherae* et *pistilla* ut in pomiformi; *paraphyses* filiformes, multi-articulatae, genitalibus dimidio longiores, lutescentes. *Vaginula* oblongo-ovata, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta, parum tortilis, ferrugineo rufa. *Theca* globosa, inaequalis, ore contracto; siccitate oblonga, ore patulo, sulcata, e lutescenti brunnea. *Peristomii externi dentes*

lanceolati, integri, trabiculati, ferrugineo-rufi; *interni* membrana plicata sedecimfida: *dentes* externo peristomio paullo breviores, lanceolati, carinati, semibifidi. *Fimbria* nulla. *Calyptra* conico-subulata, valde fugax, ut vix a vaginula abrupta decidat, lutescenti brunnea.

B. *pomiformi* simillima differt statura maiore, foliis plicatis, patulis, siccitate valde crispis et concinnatis, colore in lutescentem proclivi, theca siccitate oblonga, flore angusto, propria perichaetii structura haud insignito, et loco montoso, subalpino.

Tabula LIX. Fig. 1. 2. plantae naturali magnitudine madidae. Fig. 3. ramus siccus. Fig. 4. 5. Folia caulina. 6. perichaetii augm. o. Fig. 7. apex folii augm. IV. Fig. 8. Theca augm. o. Fig. 9. peristomii externi dentes duo et 10. interni dentes tres augm. IV.

3. GRANDIFLORA, caule mediocri, foliis lanceolatis erecto-patulis laxis, stomate amplo, paraphysibus numerosissimis. Tab. LVIII.

Misit e Pensilvania Mühlenberg, Iunio fructiferam. 4.

Radix tomentosa, in caulem medium ascendens. *Caulis* uncialis, valde ramosus, fastigiatus, ferrugineus. *Folia* minus densa, ut caulis hic illic non omnino tegatur, elongato-lanceolata, basi erecta et caulem subvaginantia, superius recta, vix patentia, siccitate parum plicata, margine et nervi apice serrata, amoene viridia, aetate fusca: nervo crasso, solido, rufescente: reticuli areolis subquadratis, subtilibus. *Flores* terminales, innovante caule laterales, persistentes, crassiores quam conge-

nerum. *Folia perichaetii* propria paucissima, lanceolata, caulinis quadruplo minora, enervia, integerrima. *Antherae* circiter sex, oblongae, lutescentes, et totidem pistilla, germinibus oblongis, stylis filiformibus, stigmatibus truncatis, ferruginea. *Paraphyses* plurimae, filiformes, articulis multis, ultimo quandoque angustiori, genitalibus longiores, pallide luteae. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta semuncialis* vel paullo altior, siccitate tortilis, rufo-brunnea. *Theca* globosa, inaequalis, stomate amplo, sulcata, rufo-brunnea. *Peristomium* congenerum. *Operculum* planiusculum, centro elevatum, thecae concolor, basi rufum. *Fimbria* nulla. *Calyptra* decidua.

Simillima Bartramiae *Oederi*, magnitudine eius varietatem alpinam, figura communem aemulans; differt foliis latioribus, lanceolatis, thecae stomate amplo, et paraphysibus innumeris.

Tab. LVIII. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. rami apex augm. I. Fig. 3. folia caulis. 4. perichaetii externum augm. II. Fig. 5. foliorum apices augm. IV. Fig. 6. Folium perichaetii intimum, fig. 7. floris vix dimidia pars augm. V. Fig. 8. theca augm. I. Fig. 9. peristomii externi, 10. interni dentes duo augm. IV.

4. Oederi, caule vago praelongo, foliis lanceolato-acuminatis erecto-patulis laxis, stomate contracto, setis caulem superantibus. Tab. LIX.

B. *Oederi*, surculis subdivisis elongatis, foliis lineari-subulatis patulis, setis terminalibus, capsulis sphaericis. Act. Holm. Swartz in Schrad. diar. bot. IV. p. 180.

B. *longiseta* Brid. muscol. 2. 3. p. 136.

B. *gracilis*, foliis lineari-lanceolatis, erectis, thecis ovatis subobliquis: operculo convexo, setis caulem superantibus. Flörke in Schrad. diar. botan. Tom. II. p. 171.

Bryum *Oederi* Retz. prodr. flor. Scand. n. 1391. Oed. flor. Dan. t. 478.

β. var. *alpina*, uncia parum altior et magis stricta et compacta.

In rupibus praesertim calcareis montium et in alpibus omnis Europae, vere et aestate fructifera, magnos et crassos caespites formans. ♃.

Radix tomentosa, in caulem alte ascendens. *Caulis* uncias duas, tres pluresve longus, in alpina uncialis, vage ramosus, erectus at laxus. *Folia* alterna, minus densa, lanceolato-acuminata, vel lineari-acuminata, margine et costae apice serrata, basi erecta, medio patula, apice recurva, laxa, siccitate vix tortilia, e flavescente viridia, senio fusco-brunnea: nervo concolori aut subferrugineo ad apicem perdurante: reticuli areolis subquadratis, minutis. *Flores hermaphroditi* terminales, mox laterales fiunt et persistunt. *Folia perichaetii* caulinis simillima, dimidio minora, postea augenda. *Antherae* tres vel quatuor, oblongae, subcurvatae, lutescentes. *Pistilla* totidem, plerumque paullo plura. *Paraphyses* filiformes, multiarticulatae, genitalibus vix longiores, iisque numero vix plures, lutescentes. *Vaginula* oblonga, theca triplo brevior, ferruginea. *Seta* erecta, uncialis, siccitate parum tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca*

globosa, inaequalis, ore contracto, sulcata, rufo-brunnea. *Peristomii externi* dentes lanceolati, ferrugineo-rufi; *interni* membranae *dentes* paullo altius penetrantes et altius fissi, quam in speciebus affinibus. *Fimbria* nulla. *Operculum* convexum, centro sub-acutum, thecae concolor. *Calyptra* congenerum, decidua.

Tab. LIX. Fig. 1. planta caule ramoso, 2. alia minus ramosa magnitudine naturali. Fig. 3. folium perichaetii, 4. 5. 6. caulina, augm. o. Fig. 7. apex folii augm. IV. Fig. 8. vaginula, 9. theca iunior augm. o. Fig. 10. peristomii externi dentes duo, 11. interni dentes tres augm. IV.

† *subintegrifolia*, caule ramoso erecto ad basin lanugine ferruginea comoso; foliis subulatis, subintegris, patentibus reflexisve, floribus semilateralibus. Palisot Beauvois prodr. aetheog. p. 44.

? B. Menziesii, caule elongato dichotomo tereti, foliis lanceolato-subulatis integerrimis appressis, pedicellis caulem subaequantibus. Turner in Konig et Sims bot. Annal. t. 2. f. 1. fide Mohrii huc pertinet.

In America boreali; habitu similis *gracili*.

* *setis ungue humana longioribus.*

b) *foliis rigidis.*

α. *floribus hermaphroditis.*

5. ITHYPHYLLA, caule vage ramoso, foliis lineari-subulatis erectis rigidis, seta caulem superante. Tab. LX

B. *ithyphylla*, trunco erecto ramoso, foliis densissime confertis e basi concavâ latiore longe capillaceis subintegerrimis, siccitate rectissimis; capsulae erectae subsphaericae operculo planiusculo centro prominulo. Brid. muscol. II. p. III. p. 132. Tab. 1. fig. 6.

B. *pomiformis* Swartz musc. Suec., excluso Dillenii synonymo.

Crescit in arenosis et rupestribus; in depressis, et glacialibus, subsolitaria aut caule humili semunciali, in montanis et alpinis umbrosis caule tripollicari et caespitoso in Europa boreali et media, et in Pyrenais. Vere et aestate fructifera. ♃.

Radix tomentosa, in caulem ascendens. *Caulis* unciam dimidiam altus ad uncias quatuor in montosis excrescens, vage ramosus, fastigiatus, brunneus, in superiore parte albet, ubi foliorum basi tectus est. *Folia* ex oblonga amplectente basi lineari-subulata, margine involuta, erecta, rigida, margine et dorso serrato-scabra, pallide viridia, basi albescentia: nervo concolori ad apicem perdurante: areolis reticuli quadratis, subtilibus, pellucidioribus, quam congenerum. *Flores* terminales mox laterales fiunt, gemmiformes. *Folia perichaetii* caulinis similia, dimidio minora, et magis etiam angusta et rigida. *Antherae* circiter sex et totidem pistilla, congenerum similia. *Paraphyses* copiosiores et teneriores, quam in caeteris, excepta B. *multiflora*, genitalibus paullo maiores, filiformes, lutescentes. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* uncialis, aut biuncialis, erecta, siccitate non tortilis, ferruginea. *Theca* subrotunda,

ore contracto, sulcata, rufo-brunnea. *Peristomii externi* dentes lanceolati, angustiores et remotius trabiculati, quam in congeneribus, ferrugineo-rufi: *interni* membrana altius fissa et fere sedecimpartita, dentibus lanceolato-linearibus, lutea. *Fimbria* nulla. *Operculum* convexum, mammillatum, concolor thecae. *Calyptra* conico-subulata, fugax, e fusco straminea.

Rigidis et angustis, nudo oculo capillaribus, foliis a nostratibus facile distinguitur, uti etiam caule superius albicante: a *stricta* caule vage ramoso et foliorum basibus exterius visibilibus quae in *stricta* operiuntur.

Tab. LX. Fig. 1—3. plantae e depressis, 4. 5. e montosis locis naturali magnitudine. Fig. 6. 7. folia caulis, 8. perichaetii augm. o. Fig. 9. apex folii augm. V. Fig. 10. 13. theca et calyptra augm. o. Fig. 11. peristomii externi dentes duo, 12. interni tres augm. IV.

6. STRICTA, caule mediocri dichotomo nodoso foliisque strictis lanceolatis cuspidatis rigidis, peristomio simplici. Tab. LX.

Bartramia *stricta*, trunco erecto ramoso, ramis strictis basi incrassatis, apice incurviusculis, foliis lineari-subulatis, serrulatis, densissime confertis, cauli arcte appressis; capsulae erectae subsphaericae operculo planiusculo, centro prominulo. *Brid. musc. II. 3. p. 132. tab. 1. fig. 5.*

In Barbaria lectam monstravit Desfontaines. Specimina e freto Magellanico allata nulla vidi. ♃.

Radix exigua in basi caulis. *Caulis* unciam unam duasve altus, strictus, dichotomus, ad divisuras per folia densius aggregata incrassatus et veluti nodosus, ramis fastigiatis, basi et per siccitatem etiam apice, attenuatis. *Folia* copiosa et ubique spissa, e lineari-lanceolato cuspidata, toto margine et in apicis dorso serrata, ab infima basi ad apicem omnino stricta, summa siccitate subincurva, pallide viridia: reticuli areolae parallelogrammae, seriatae: nervus crassus ad apicem perdurans. *Flores* gemmiformes, hermaphroditi, ad bases ramulorum constant e *foliis perichaetii* lanceolatis, exterioribus ovato-lanceolatis, nervo instructis, rigidis, duplo minoribus, quam caulina. *Antherae* oblongae et *pistilla* plurima; *paraphyses* filiformes, antheris paullo longiores, articulis brevibus. *Vaginula* cylindrica, ferruginea. *Seta* uncialis, recta, scabra, siccitate tortilis, ferrugineo-rubra. *Theca* sphaerica, inaequalis, sulcata, ore valde contracta, rufo-brunnea. *Peristomii externi* nulla vidimus vestigia: *internum* e membrano profunde sedecimfida, laciniis lanceolatis, irregularibus, saepe apice mediove coniugatis, lutescens; paullo rigidioris substantiae, quam Bartramiarum mos est. *Fimbria* nulla. *Operculum* convexum, mammillatum, thecae concolor.

Tab. LX. fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. apex rami augm. o. Fig. 3. folia inferiora (minora) et superiora augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. theca augm. o. Fig. 6. peristomii pars et 7. anthera et pistillum cum paraphysibus augm. IV.

7. PATENS, caule mediocri subsimplici, foliis lineari-acuminatis patentibus rigidis, theca reticulata, seta mediocri. Tab. LXII.

B. *patens* Brid. muscol. II. 3. p. 134. tab. I. fig. 7.

B. *reticulata*, caule brevi subsimplici erecto, ad basin lanugine ferruginea comoso; foliis longis, erectis, subulatis, serrulatis; pyxide globosa, reticulata. Palisot Beauvois prodr. aetheog. p. 44.

B. *gigantea*, capsulis sphaericis striatis, foliis setaceis longioribus. Bory de St. Vincent voy. aux îles d'Afrique 3. p. 96.

B. *squarrosa*, caule simpliciusculo; foliis oblongo-subulatis squarrosis inermibus subenervibus, capsula erecta. Turner in Annals of botany. 1. p. 528. t. 2. f. 2.

In insula Borboniae ad summas rupes humidas montium olim ignivomorum et ad speluncas umbrosas lectam habeo, in Iava Dicksonus. An ad fretum Magellanicum, unde Commersonus retulisse dicitur, habitet, dubitatur. ♃.

Radix tomentosa, in caulem alte ascendens. *Caules* in densos caespites, tomento ferrugineo compactos, congeruntur, simplices aut e basi subramosi, unciales vel sesquiunciales, erecti. *Folia* densa, ex oblonga amplexicauli basi lineari-subulata, marginibus inflexa, serrata, apice quandoque bifido, patentia, rigida, pallide virentia, postea rufo-lutea, et auro nitentia: nervo crasso, ad apicem perdurante concolori: reticuli

areolis subquadratis. *Flores* terminales fiunt innovato caule laterales. *Folia perichaetii* caulinis similia, minora, angustiora, erecta. *Antherae* lineari-oblongae, circiter sex, luteae. *Germina* antheris plura, oblonga, ferruginea. *Styli* filiformes. *Stigmata* obtusa. Genitalia paullo maiora quam in congeneribus. *Paraphyses* genitalium numero, his paullo longiores, capillares, multi-articulatae, lutescentes. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* pollicem unum aut dimidium alta, et inde caulis apicem vel superans vel aequans, stricta, siccitate non tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca* globosa, subaequalis, ore angusto, minus evidenter sulcata, eleganter reticulata, areolis quadrangulis, e luteo-brunnea, nitens. *Peristomii externi dentes* lanceolati, solidi, trabiculati; *internum* perditum erat. *Operculum* convexum, mammillatum, iuniori aetate luteum, basi rufum; senio ferrugineo-brunneum. *Fimbria* nulla.

Tab. LXII. Fig. 1. caules naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars, 3. folia caulis, 4. perichaetii externi augm. o. Fig. 5. apex folii bifidus, 6. simplex augm. IV. Fig. 7. theca augm. o.

β. floribus sexu distinctis.

8. RADICALIS, caule brevissimo subsimplici, foliis lanceolato-cuspidatis subdentatis rigidis, seta radicali longissima. Tab. LXI.

B. *radicalis*, caule nullo; surculis brevibus erectis simplicibus floribusque radicalibus; foliis lanceolatis acute dentatis. Balisot. Beauv. prodr. aetheog. p. 44.

B. *longiseta*, brevicaulis; cauliculis simpliciusculis: foliis non ita densis, subulatis, margine carinaque vix perceptibiliter denticulatis, siccitate erectis: pedunculo subbasilari, longissimo. Michaux flor. bor. American. 2. p. 301.

In Carolina et Virginia. ♃.

Radix capillacea, in caulem raris fibrillis ascendens, fusca. *Caules* in humillimos caespites congesti, quatuor lineas alti, simplices, raro subramosi, erecti. *Folia* remotiuscula, erecta, ex anguste lanceolato longe cuspidata, planiuscula, subtiliter et remotius denticulata, amoene viridia: nervo crasso, apice denudato, margine dorsoque denticulato, ferrugineo; reticuli areolis subquadratis, parvis. *Florem* ad basin caulis solum vidi, in caulium multorum apicibus nulla floris vestigia, illum vero effoetum, quare num hermaphroditus, an masculus fuerit, non satis scio. *Folia perichaetii* caulinis similia, dimidio minora. *Antherae* circiter sex, elongato-oblongae. *Paraphyses* numero genitalium, iisque paullo maiores, filiformes. *Folia perichaetii* fructiferi, quod num femineum, an hermaphroditum sit, status floris determinare etiam non sivit, caulinis similia. *Vaginula* ovata, theca vix dimidio brevior, laxa, ferruginea. *Seta* biuncialis vel triuncialis, erecta, apice parum curvata, siccitate non tortilis, ferruginea. *Theca* subrotundo-ovata, inaequalis, sulcata, e ferrugineo brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, solidi, trabiculati, conniventes, ferrugineo-rufi: *interni* membrana externo paullo brevior, sedecimfissa, *dentibus* bifidis, laciniis lineari-lanceolatis, lutescens. *Fimbria* nulla. *Operculum* non visum.

In axillis foliorum frequenter occurrunt bulbi rufescentes, decidui, e foliis suboctonis ovato-lanceolatis, obtusiusculis, dense compacti, qui flores mentiuntur, ut in bryo *annotino*.

Tab. LXI. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. caulis sterilis augm. I. Fig. 3. eius pars augm. II. Fig. 4. 5. folia augm. III. Fig. 6. apex folii augm. IV. Fig. 7. Theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni dentes duo augm. IV.

9. MÜHLENBERGII, caule nudo fasciculato-ramoso, foliis lanceolatis erectis, theca globosa basi excisa. Tab. LXI.

Legit in Pensilvania Mühlenberg. 4.

Radix tomentosa, tenuis, in caulem parum ascendens. *Caules* in densum humilemque caespitem congesti, inferius denudati semunciales, qui ramos multos ex uno fasciculo semunciales, subsimplices, ascendentes, exserunt. *Folia* e lato-lanceolato subacuminata, subdenticulata, parum concava, erecta, rigida, amoene viridia: nervo crasso, rufescente, ad apicem perdurante: areolis reticuli parallelogrammis. *Florem masculum* non vidi: femineus ad basin ramorum gemmiformis, ramis crassior. *Folia perichaetii externa* caulinis similia; *interna* copiosa quadruplo minora, lanceolata, obtusa, solidi-nervia, tenera et albicantia. *Pistilla* plura quam duodecim, congenerum similia. *Paraphyses* multae, his paullo maiores, filiformes, tenerrimae, et valde fugaces, ut aetate deesse videantur. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* biuncialis, erecta, subflexuo-

sa, siccitate parum tortilis, ferruginea. *Theca* globosa, brevis, basi inferius quasi excisa aut impressa, ut iuniori aetate facile inflectatur, sulcata, vix reticulata, rufo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, solidi, trabiculati, ferrugineo-rufi: *interioris dentes* profunde fissi, cilio quandoque inter singulum laciniarum par interiecto. *Operculum*, e convexo in acutissimum et brevisimum mucronem elevatum, thecae concolor. *Fimbria* nulla. *Caule* et basi calvo et figura thecae ab affinibus et ipsa *Marchica* differt; a *fontana* foliis lanceolatis; ab *uncinata* folii nervo apice non denudato, a *sphaericarpa* ramis non recurvis et sterilibus haud elongatis; item flore subbasilari.

Tab. LXI. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. rami pars augm. I. Fig. 3. 4. folia augm. II. Fig. 5. folii apex augm. IV. Fig. 6. theca augm. o. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni bifidi dentes duo, augm. IV.

10. SPHAERICARPA, caule fasciculato-ramoso: ramis gracilibus reflexis fibrillosis, foliis lanceolato-cuspidatis: sterilium rectis, seta longa.

Mnium *sphaericarpon* Spec. musc. p. 197. Stirp. crypt. III. p. 93. t. 38. A.

Crescit in Iamaica. ♃.

11. MARCHICA, caule apice fasciculato-ramoso recto, foliis lanceolatis rigidis, seta longissima.

Mnium *Marchicum* spec. musc. p. 196. Stirp. crypt. II. p. 108. t. 39.

In Marchionatu Brandenburgico; prope Spandau. ♃.

12. UNCINATA, caule fasciculato tomentoso, foliis lanceolato-cuspidatis subfalcatis: ramis uncinatis, theca reticulata. Tab. LVII.

In monte sulphurifero Guadalupae et in Martinica lectam et curiose observatam dedit Richard. ℔.

Radix tomento crasso, ferrugineo in caulem ascendens. *Caules* unciales in caespites densos congesti, a basi divisi, ramis erectis dense foliosis apice stellatim aut fasciculatim ramosis; steriles subsimplices, curvifolii; masculi item subsimplices, minores, rectis foliis; utrique minus dense foliosi, ut caulis color conspiciatur ferrugineus. *Folia* e lanceolata basi cuspidata, recta in primario et polyphyllo caule, secunda et falcata in ramis et sterili caule, subtilissime denticulata, parum concava, amoene, vel e luteo virentia: nervo crasso, emergente et cuspidem denticulato-scabram formante, ferrugineo; reticuli areolis parallelogrammis, angustis. *Flores masculi* terminales in distincto et minori caule gemmiformes. *Folia perichaetii* ex ovato repente cuspidata, erecto-patentia, caeterum caulinorum similia; interiora minora et magis erecta, omnia nervosa. *Antherae* duodecim aut plures. *Paraphyses* filiformes, antheris paullo maiores et numero subaequales. *Feminei flores* terminales in caule rectifolio. *Folia perichaetii* masculinorum similia, paullo maiora. *Pistilla* congenerum et *paraphyses* ut in flore masculo. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Seta* sesquiuncialis, aut uncialis, recta, siccitate vix tortilis, luteo-ferruginea. *Theca* globosa, inaequalis, ore angusto, sulcata, reticulata:

areolis quadratis, e luteo brunnea, aut obscurior. *Peristomium* congenerum, nisi quod interioris membrana una vel altera lacunula pertusa, et dentibus exiguus quandoque processus interpositus sit. *Operculum* convexum, mammillatum, thecae concolor.

Differt B. *fontana* statura duplo maiori et ovato-acuminatis foliis, *sphaericarpa* foliis rectis in sterili planta remotis alternis; et ramis fructiferi caulis longis, gracillimis, fibrillosis.

Tab. LVII. Fig. 1. plantae fructiferae et una sterilis magnitudine naturali. Fig. 2. pars caulis sterilis augm. II. Fig. 3. folium fructiferi caulis augm. II. Fig. 4. huius apex augm. IV. Fig. 5. Folium caulis sterilis augm. III. Fig. 6. folium perichaetii feminei et 7. pistilla duo cum paraphysibus augm. III. Fig. 8. Theca augm. 0. Fig. 9. peristomii externi, 10. interni dentes tres augm. IV.

13. FONTANA, caule fasciculato-ramoso, foliis ovato-acuminatis rigidis, seta longissima.

Mnium *fontanum* Spec. musc. p. 195.

Locis umbrosis, humidis, fontanis omnis Europae et Barbariae; aestate fructifera. ♃.

**. *Setis caule multo brevioribus.*

14. ARCUATA caule longo pinnato, foliis ex ovato longe acuminatis plicatis, seta incurva T. LXII.

Bartramia *arcuata* Brid. muscolog. II. p. 3. p. 140. Swartz

in Schrad. diar. botan. II. 1800. p. 182. Smith. flor. Brit. 3. p. 1333. *

Mnium *arcuatum*, capsulis pendulis globosis denticulatis, surculis ramosis, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis striatis. Dicks. fascic. 3. p. 7. t. 7. f. 3.

Mnium *chrysocomum*. Hedw. spec. musc. p. 74.

Mnium *tomentosum*, surculo erecto tomentoso, foliis subulatis, capsulis sphaericis. Swartz prodr. p. 189.

Bryum *tomentosum*, surculis dichotomis pinnatisque, erectis tomentosis, foliis ovato-lanceolatis attenuatis, capsulis ovato-subrotundis erectis. Swartz flor. Ind. occ. III. 1837.

Hypnum *chrysocomum*, surculis erectis ramosis, foliis oblongo-lanceolatis acutis multinervibus subreflexo-patulis. Dicks. fasc. 2. p. 12.

Hypnum? *gnaphaleum*; caule erecto ramoso; ramis lanugine ferruginea tectis, subpinnatis; ramulis brevibus simplicibus; foliis patentibus subreflexis, lanceolatis, apice subpilosis, serrulatis, costâ mediâ et nervo utrinque laterali ante apicem evanescente, notatis, floribus . . . . . Palisot Beauv. aetheog. p. 64.

Hypnum palustre erectum, coma lutea, basi nigricante. Dill. musc. 302. t. 39. f. 36.

Locis paludosis in Cambria, Eboraco, Scotia, Iamaica, Domingo, insula Borboniae. ♃.

Radix tomentosa, totum caulem operiens, ferruginea. *Caulis* uncias duas ad sex longus, pinnatus: ramis patentibus, uncialibus, simplicibus. *Folia* ex ovato longe acuminata, versus apicem serrata, margine flexuosa, basi plicis quaternis senisve exarata, concava, apicem versus e viridi lutescentia, auro saepe nitentia, serrata: nervo crasso, ad apicem fere perdurante, concolori aut ferrugineo: reticuli areolis parvis, quadratis, seriatis, in omni folii parte aequalibus. *Flos masculus* e Dicksono terminalis, stellatus. *Flos* fructifer, ubi adolevit, lateralis in caule ad basin ramorum. *Perichaetii folia* caulinis similia, rigidiora, interiora minora, copiosa. *Pistilla* copiosa, congenerum similia. *Paraphyses* filiformes, genitalibus paullo longiores, lutescentes. *Vaginula* ovata. *Seta* vix semuncialis, incurva, siccitate non tortilis, ferruginea. *Theca* globosa, ore amplo, aequalis, sulcata, e rufo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculati, solidi, e ferrugineo rufi; *interioris* membrana paullo brevior, ultra medium sedecimfissa; *dentibus* bifidis: laciniis linearibus, reticuli areolis oblique positis. *Fimbria* nulla. *Operculum* „convexum, obtuse mucronulatum, (iuniori aetate?) coccineum“ *Smith.*

Tab. LXII. fig. 1. 2. plantae Anglicae naturali magnitudine. Fig. 3. rami pars augm. 6. Fig. 4. folium caulis, 5. rami augm. I. Fig. 6. apex folii, 7. peristomii externi, 8. interni dentes duo augm. IV.

? GIGANTEA, caule glabriusculo apice ramuloso, foliis lanceolato-acuminatis plicato-striatis patentibus rigidis. Tab. LXIII.

Dicranum *giganteum*, trunco erecto apice ramosiusculo, foliis confertis e basi lanceolatà vaginante lineari-lanceolatis, quinquenerviis margine serrulatis patentissimis madore reflexiusculis? Brid. muscol. suppl. I. 1. p. 197.

In Borboniae insula lectam communicavit Richard. ♃.

Radix basilaris tomentosa, caulem tenuissime et vix perspicue investit, ad ramorum exortum pulvinulum format. *Folia* e basi rhomboide lanceolato-acuminata, recta, patentia, rigidissima, tactu stridula, serrata plicis utrinque duabus in basi exarata, semipollicaria pallide viridia: nervo concolori, ad apicem fere perdurante: reticuli areolis oblongo-quadratis, seriatis, subtilissimis.

Propter similitudinem cum B. *arcuata* ad hoc genus retuli.

Tab. LXIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia augm. o. Fig. 3. apex folii augm. IV.

15. Halleriana, caule vage ramoso, foliis lineari-acuminatis planis, seta erecta brevi. Spec. musc. p. 164. Stirp. crypt. II. p. 111. t. 40.

In rupestribus umbrosis irriguis omnis Europae, toto fere anno florens. ♃.

* * *

B. *pentasticha* Brid. muscol. II. 3. p. 134. est Conostomum *australe.*

B. *falcata*, caule subdiviso apice falcato, foliis quadrifariis ovato-lanceolatis secundis, pedicellis caulem subaequantibus. Hooker in Transact. soc. Linn. 9. p. 317. t. 27. fig. 4.

BUXBAUMIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim truncatis; *interius* membranaceum, plicatum.

Flos masculus discoides, terminalis.

In Buxb. *aphylla* peristomii externi dentes breves, subinflexi, compositione thecae membranae exteriori similiores, quam in aliis muscis. Interius sequitur fibrosa congeries, cuius nullum exemplar simile in aliis muscis occurrit. Interioris peristomii membrana profunde plicata, conica, subtruncata. Peristomio interiori solo conveniunt duae species, caeterum structura et habitu thecae adeo similes, ut recte in unum genus conferantur, licet peristomium externum desit in B. *foliosa.*

1. FOLIOSA, acaulis, theca immersa. Spec. musc. p. 166.
Diphyscium *foliosum* Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 377.
In umbrosis, silvaticis, ad declivia omnis Europae.

2. APHYLLA, aphylla, seta elongata. Spec. musc. p. 166.
In umbrosis silvaticis siccis, ad radices pinus silvestris omnis Europae.

WEBERA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim latiusculis acutis: *interius* membranaceum, ciliato-dentatum.

Flos terminalis, hermaphroditus.

Generis habitus omnino Bryi, sed flores hermaphroditos respicere non supervacaneum videtur in amplissima Bryi familia, quae quidem nota satis constans est, nam ipsum bryum *pseudotriquetrum*, quod hermaphroditos flores proferre ait Hedwigius, his carere mihi visum est. Caeterum habitu bene separantur tres priores species ob foliorum raritatem, ultima ob folia valde tenacia a Bryis et inter se affinitate coniunguntur.

1. PYRIFORMIS, caule simplicissimo, foliis alternis lanceolato-linearibus: perichaetii longissimis, theca pyriformi-globosa. Spec. musc. p. 169. Stirp. crypt. I. t. 3. Locis lapidosis, humidis, sabulosis in omni Europa et boreali America. ☉.

2. LONGICOLLIS, caule simplici, foliis alternis lineari-lanceolatis marginatis serratis, theca suberecta elongato-pyriformi. Spec. musc. p. 169. t. 41. f. 1—5.

? Bryum *cylindricum*, caule simplici, foliis lanceolato-linearibus apicem versus serratis, capsulâ erectiusculâ cylindracea. Smith. flor. Brit. 3. p. 1351. Dicks. fasc. 4. t. II. f. 4.?

In fissuris rupium umbrosis et ad alpium rivulos pratenses in Suecia et Germania. ♃.

3. NUTANS, caule simplici, foliis apice confertis lanceolatis serratis, theca oblongo-pyriformi nutante. Spec. musc. p. 168. Stirp. crypt. I. t. 4.

In sabulosis siccis apricis omnis Europae, hieme vegetans. ♃.

4. INTERMEDIA, caule subramoso, foliis densis rigidulis erectiusculis ovato-acuminatis subintegerrimis, theca pyriformi elongata. Tab. LXXV.

Pohlia *intermedia*, trunco erecto ramosiusculo, foliis ovato-lanceolatis acuminatis; capsulae nutantis longissime pyriformis operculo mammillari, peristomatis interni dentibus longis distinctissimis. Brid. muscol. II. 3. p. 145. t. 2. fig. 12.

Hypnum *intermedium* Web. Mohr. German. p. 283.

Mnium *intermedium* Ludwig Mooscenturie I. n. 81.

In Lusatia ad muros vetustos septentrionem respicientes Ludwig, in Suecia Weber et Mohr legerunt; fructus fert vere. 4.

Radix capillacea, in caulem ascendens. *Caulis* erectus, uncialis aut semuncialis, pone florem innovando subramosus, ferrugineo rubens. *Folia* densa, superiora fere patentia, inferiora potius erecta, ex ovato acuminata, apice saepe subserrata, margine vero plerumque inflexo, ut absque adhibito artificio vix evolvi possit, amoene viridia, basi saepe nitido-rufa: nervo crasso, rufo, ad apicem pertingente, sed toto fere per parenchyma cincto: areolis subquadratis, non seriatis, contiguis, densioribus ut et omnis folii contextu tenaci foliis bryorum dissimiliora, parum pellucida. *Flores* terminales, subdiscoides. *Folia* perichaetii caulinis similia, sed angustiora, interiora per gradus minora, ut intima vix duplo longiora quam genitalia sint. *Antherae* circiter decem, oblongae, subsessiles, curvatae, pulchre roseae. *Pistilla* octo, oblongo-lineares, ferrugineo-rufae. *Paraphyses* copiosae, genitalibus paullo longiores, tenerae, molles, multiarticulatae, articulis superioribus brevioribus, albidae. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Seta* uncias duas tresve longa, erecta, subflexuosa, apice ad horizontem flexa, siccitate tortilis, laevis, rufo-brunnea. *Theca* elongato-pyriformis, subaequalis, directione horizontali, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, solidi, dense trabiculati, apice inflexi nec vero infra dentium internorum apices, ut Pohliarum mos est, declinati, brunnei. *Peristomii interni* membra-

na reticulata, areolarum maiorum, linea intermedia fusca notatarum seriebus geminatis, cum minorum seriebus tergeminis alternantibus, lutescens; dentes lanceolati lacunis sex pertusi: cilia ternata, dentibus dimidio fere minora. *Fimbria* e duplici lacinularum ordine, basi rufescens, apice pallide lutescens. *Operculum* convexum, acute mucronulatum.

Tab. LXXV. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. fig. 2. folia caulina. 3. perichaetii exterius 5. vaginula augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 6. theca augm. 0. Fig. 7. peristomii externi dens, 8. interni pars, 9. fimbria augm. IV.

POHLIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim rectis liberis; *interius* membranaceum: *dentibus* sedecim uniformibus.

Flores masculi terminales.

1. ELONGATA, caule simplici, foliis remotis apice congestis lanceolato-linearibus dentatis, theca pyriformi elongata. Spec. musc. p. 171. Stirp. crypt. p. 96. t. 36.

In silvaticis et rupestribus humidiusculis Europae. ♃.

Caules post florem interdum innovant. Tab. LXIV. fig. x. y. folium huius speciei augm. I. et IV.

2. MINOR, caule simplici, foliis remotis apice congestis lanceolatis subdentatis, theca pyriformi elongata. Tab. LXIV.

In Helvetia legit Schleicher, in Sudetibus Ludwig. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* erectus, 4 ad 12 uncias altus, simplex, sub flore innovans et exinde subramosus, ferrugineus. *Folia* inferiora remota et fere alterna, superiora in capitulum polyphyllum congesta, lanceolata, vel e lanceolato acuminulata, parum concava, carinata, apice aliquot denticulis sparsis, pellucida, pallide viridia: nervo crasso, ad apicem perducto, ferrugineo: areolis parallelogrammis. *Flores dioeci,*

terminales: *masculi* gemmiformes. *Folia perichaetii* circiter octo ovata, acuminata, nervo minus conspicuo. *Antherae* duodecim, oblongae, curvulae, lutescentes. *Paraphyses* parcae, antheris paullo longiores, filiformes, articulis brevibus, pallidae; valde fugaces, ut quandoque deesse videantur. Floris feminei folia perichaetii caulinis similia, sed breviora. *Pistilla* decem, aut tria. *Paraphyses* paucae. *Vaginula* oblonga, brevis, virens. *Seta* uncialis, brevior aut paullo longior, erecta, apice ad horizontem flexa, rufescens. *Theca* elongata pyriformis, brunnea. *Peristomii externi* dentes lanceolato-lineares, anguste trabiculati, rufo-brunnei: *interni* membrana areolarum seriebus binis maiorum et minorum alternantibus, flavescens, profunde fissa: dentes lanceolati, cruribus geminis interiori latere repandis et, ubi libere ascendunt, sublacunosis. *Fimbria* duplex, basi brunnea, apice pallida. *Operculum* conico-convexum, acuminulatum, basi rufum, apice e viridi brunneum.

Foliis latioribus, parum dentatis, statura minori differt a praecedente.

Tab. LXIV. fig. 1. plantae Helveticae, 2. Sudeticae magnitudine naturali. fig. 3. una ex illis augm. o. Fig. 4. folia caulis inferiora et media, 6. superiora augm. IV. fig. 5. apices foliorum augm. IV. Fig. 8. vaginula augm. I. Fig. 7. anthera, 9. peristomii externi, 10. interni, 11. fimbriae pars augm. IV.

3. IMBRICATA, caule ramoso tenui, foliis imbricatis ovatis cuspidatis integerrimis, theca pyriformi oblonga, operculo obtuso. Tab. LXIV.

In Helvetia lectam misit cl. Schleicher. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* quatuor lineas altus, ramosus ramis fastigiatis, tenuibus. *Folia* densa, imbricata, erecta, ovato-acuminata, cuspidata, integerrima, saturate viridia, senio fusca: nervo, cuspidem, folii quintae parti aequalem, basi vix aliqua parenchymatis portiuncula cinctam, plerumque nudam formante, ferrugineo: areolis reticuli parallelogrammis. *Flores* dioeci, gemmulam turgidam efficientes: *masculorum*, semper terminalium, perichaetia foliis pluribus quam decem, caulinorum similibus, longius cuspidatis. *Antherae* duodecim, ovatae, rufescentes. *Paraphyses* copiosae, antheris pro tertia parte longiores, filiformes, articulis superioribus brevissimis, ferrugineo-pallidae. *Feminei perichaetii*, innovante caule saepe lateralis facti, folia et ipsa caulinis similia, intima angustiora, longius cuspidata. *Pistilla* decem et *paraphyses* ut in masculis. *Vaginula* ovata, brevis, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta, apice incurva, siccitate tortilis, ferruginea. *Theca* elongato-pyriformis, substriata, fusca aut fusco-nigra. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, fusco-lutei, *interni*, brevioris, *dentes* lanceolati, luteo-pallidi. *Fimbria* lacinulis valde angustis, basi fusca, apice pallida. *Operculum*, conicum, theca triplo brevius, cartilagineum, obtusum, thecae concolor. *Calyptra* subulata, lutescens, apice fusco.

Similis habitu bryo *erythrocarpo*, differt foliis copiosis, integerrimis et theca.

Tab. LXIV. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. una ex his augm. o. fig. 3. folium inferius, 4. e medio caule

fig. 5. superius, 7. vaginula, augm. I. fig. 6. apex folii augm. IV. fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars, 10. fimbria augm. IV. Fig. 11. Operculum augm. II.

† INCLINATA, caule subsimplici, foliis laxis ovatis cuspidatis, theca pyriformi, operculo mucronulato. Tab. LXIII.

Pohlia *inclinata* foliis ovatis acuminatis, capsulis obconicis cernuis. Swartz. dispos. musc. Suec. p. 44 et 96.

Leskea *inclinata* Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 244. et 482. exclusis Blandowii speciminibus.

In Suecia legit Swartz, in Carinthia Wulfen. ♃.

Radix basilaris et paullulum ascendens. *Caulis* innovando ramosus. *Folia* ovato-acuminata, nervo cuspidata, uno alterove dente instructo, integerrima. *Flores* terminales hermaphroditi, foliis caulinorum similibus, antheris pistillisque circiter decem et paraphysibus filiformibus. *Theca* pyriformis et quidem non elongata. *Peristomium* in speciminibus Suecicis operculo, aut internum externo agglutinatur, ita ut difficilius inquiratur: tamen vidi in pluribus thecis peristomium internum dentibus lanceolatis, lacunosis, interiectis brevissimis duobus cellulis apiculatis, quae ciliorum rudera simulant, ut in icone nostra videre est. *Annulus* duplex in omnibus adest.

Similis quidem est haec planta Weberae (s. Bryo) *intermediae;* sed sunt tamen quaedam notae, quibus discernitur: 1) theca non elongato-pyriformis est et ore non dimidiam

sed ad tertiam peripheriae suae partem contracta. 2) peristomii externi dentes 21 circiter trabeculas, *intermediae* duplo plures habent. 3) peristomii interni areolae sunt subaequales, non in quinas series, binas latiorum, linea media fusca distinctas, trinas angustiorum dispositae. Quare nolui hanc speciem delere, antequam Suecorum speciminibus copiosis dissectis compertum sit, istas notas vacillare.

Tab. LXIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia, 3. unum e supremis augm. I. Fig. 4. apex folii et nervi augm. IV. Fig. 5. vaginula, 6. theca augm. IV. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni dentes augm. IV.

FUNARIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim obliquis, apice cohaerentibus: *interius* dentibus totidem membranaceis, planis.

Flores terminales: *masculi* discoides in diversa vel eadem planta.

Genus hoc speciebus non abundat, sed maxime naturale est et proprio habitu. *Caules* subsimplices humiles, *folia* lata tenerrima pellucida, *calyptra* magna et ampla, seta longa, *theca* pyriformis, inaequalis, horizontem ore spectans, operculum breve, et vita uti videtur annua.

1. HYGROMETRICA, foliis ovato-acuminatis solidinervibus erectis, theca pyriformi sulcata, operculo planiusculo. Spec. muscor. p. 172.

Lectam vidi in omni Europa, America australi, ad Buenos Ayres et in insula Borboniae. ⊙.

2. FLAVICANS, flavescens, foliis ovatis setaceo-mucronatis solidinervibus erectis, theca oblongo-turbinata, operculo planiusculo. Tab. LXV.

Funaria *flavicans*, foliis longius setaceo-acuminatis, pedunculo capillari, pallido. Michaux flor. boreali Americana II. p. 303.

Mnium *compactum* herbar. Bosc.

In Carolina legerunt Michaux et Bosc.

Crescit magnis densisque caespitibus, ut F. *hygrometrica*. *Radix* basilaris, exigua, capillacea. *Caulis* simplex, erectus, basi calvescens, lineas 3—6 altus, pallide ferrugineus. *Folia* in rosulam congesta, ex ovato oblonga, tenuissimo et fere setaceo acumine instructa, concava, tenerrima, flavescentia: nervus crassus, ad apicem perdurans eumque tandem solus efficiens, concolor: areolae reticuli e subrotundo parallelogrammae, in omni folii parte subaequales. *Folia perichaetii* caulinis simillima. *Vaginula* conica, theca dimidia brevior, flavescens, apice fusca. *Seta* erecta, apice ad horizontem curvata, uncias sesquialteram aut tres vel quatuor longa, laevis, tenera, siccitate tortilis. *Theca* nutans, turbinata, subinflexa, madore laevis, siccitate parum et irregulariter sulcata, ore contracta, e flavido brunnea. *Peristomii externi dentes* e lanceolato subulati, trabiculati, obliqui, apice cohaerentes, e rubro brunnei; interni dentes ovato-subulati, basi cohaerentes, recti, exterioribus dimidio breviores, pallide flavescentes. *Operculum* convexum, brunneo-rufum. *Calyptra* campanulata, cuspidata, theca duplo fere longior, flavescens. *Fimbria* lacinularum ordine simplici, altero latere operculo, altero calyptrae concolor.

Tab. LXV. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. caulis, fig. 3. folium ex inferioribus 4. e mediis et 5. 6. duo e

superioribus augm. I. Fig. 6. apex folii augm. IV. Fig. 7. Theca augm. I. 8. peristomii externi 9. interni dentes 10. fimbria augm. IV.

3. CALVESCENS, foliis dissitis oblongo-lanceolatis evanidinervibus subundulatis flexuosis, theca oblonga cernua nutante sulcata. Tab. LXV.

In Domingo lectam communicarunt Desfontaines, Thouin; in novo Belgio carptam La Billardiere.

Radix fibroso-tomentosa. *Caulis* subsimplex, erectus, basi calvescens, superius foliis dissitis vestitus, semuncialis vel uncialis, ferrugineo-rufus. *Folia* alterna, subpatentia, tenerrima, oblongo-lanceolata, integerrima, margine undulata, varie flexa, amoene viridia: nervo ferrugineo, proxime sub apice evanescente: reticuli, satis spissi, areolae subquadratae, dimidio longiores quam latae. *Folia perichaetii* communibus similia. *Vaginula* brevissima, striato-scabra, lutescens. *Seta* erecta, laevis, siccitate tortilis, humectata rotando assurgens; flexuosa et apice curvata, uncias duas, vel tres emetiens, e ferrugineo rufa. *Theca* oblongo-pyriformis, cernua, sulcata, ore paulum contracta, e ferrugineo brunnea. *Fimbria* simplici ordine lacinularum oblongarum. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, trabiculati, flexuosi et apice principio cohaerentes et irretiti, thecae concolores. *Peristomii interni dentes* basi connati, lanceolato-acuminati, flexuosi, lineis transversis parallelis striati, exterioribus breviores lutescentes. *Operculum* convexum, mammillatum, thecae concolor. *Calyptra* campanulata, latere fissa et hians, laevis, nitida lutescens.

Differt a F. *hygrometrica* foliorum nervo evanescente, foliis laxis et flexuosis, theca elongata, quintuplo longiori quam lata.

Tab. LXV. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. I. Fig. 3. Folia caulis, 4. perichaetii augm. II. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. Theca matura augm. I. 7. peristomii externi, 8. interni dentes, 9. fimbria augm. IV. Fig. 10. Calyptra augm. I.

4. F. MÜHLENBERGII, foliis stellatis erectis ovato-acuminatis solidinervibus serratis, theca laeviuscula erectiuscula cernua, operculo subconico T. LXVI.

Funaria *Mühlenbergii* subacaulis, foliis ovatis acutis conniventibus concavis piliferis, capsula pyriformi obliqua, operculo convexo-conico. Turner in Ann. of Bot. II. p. 198. et in Botan. Guide p. 730. foliis ovato-longius acuminatis, nervo in plurimis superioribus evanescente, serratis; seta recta; sporangio laevi; operculo subconico. Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 381. Wahlenberg in Nov. Act. Holm. 1806. t. IV. f. 2. (sub Fun. *calcarea.*) Schleich. Centur. I. n. 27. F. *dentata* Crom. Nachlief. 2. n. 13.

Legit eam in Pensilvania rev. Mühlenberg, et in America boreali Michaux; in arenosis pr. Wisby ins. Gothland. Wahlenberg, prope Copgrove in comitatu York rev. Dalton, in Helvetia Schleicher, in arenosis prope Suerinum Blandow, in Franconia Funk. ☉.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, simplex, basi nudiusculus ferrugineus. *Folia densa* erecta, concava, ex ovato acuminata, serrata, tenera, laete viridia, singula in serrae singulum acumen enitente; reticuli areolis oblongis: marginali nervo pallide rufo in ipsum apicem acumen folii simplice ductulo penetrante aut proxime sub apice evanescente. *Folia perichaetii feminei* communibus simillima. *Vaginula* theca triplo brevior, subconica, brunnea. *Seta* uncialis, siccitate parum torta, erecta aut subflexuosa, laete e ferrugineo rufa. *Theca* obovata, cernua, apertura exigua, laevis, siccitate grosse sulcata, aetate in basi parum attenuata, e rufo brunnea. *Peristomium* thecae quintam partem aequans: *externum* e dentibus parum obliquis lanceolato-linearibus (angustioribus quam in *F. hygrometrica*) perspicue trabiculatis, a margine stomatis introrsum remotis, ut fieri solet in thecis fimbria ornatis, sed *fimbriae* nullum vidimus vestigium, ferrugeo-rufis. *Peristomium internum* membrana grosse reticulata, sedecies partita, dentibus externo paullo brevioribus, lineis transversis flexuosis, nec parallelis, pallide lutescens. *Operculum* e convexo obtuse conicum, thecae concolor. *Calyptra* campanulata, acuminata, latere fissa, ventre duas tertias partes sporangii maturi aequans, laevis, e stramineo lutescens.

Differt Funar. *hygrometrica* theca pendula, sulcata, et seta obscure brunnea, foliis breviter acuminatis integerrimis.

Tab. LXVI. fig. 1. Plantae naturali magnitudine; fig. 2. una ex his augm. o. fig. 3. 4. folia augm. I. fig. 5. folii apex

augm. IV. fig. 6. vaginula et fig. 7. theca vetustior augm. o. Fig. 8. Peristomii externi et fig. 9. interni dentes augm. IV. Fig. 10. Calyptra augm. o.

5. FONTANESII, foliis stellatis oblongis acutis evanidinervibus subserratis, theca erectiuscula elongato-pyriformi subcernua laeviuscula. Tab. LXVI.

In Barbaria lectam communicavit Desfontaines, ex Aegypto allatam Persoon, Lusitanicam Sprengel.

Radix fibroso-tomentosa. *Caulis* erectus, subsimplex, supra basin mox ramum mox florem masculum exserens, basi nudiusculus, 4—6 lineas altus, ferrugineo-rufus. *Folia* in rosulam congesta, patentia, oblonga, acuta, serrata, margine flexuoso, tenerrima, pallide viridia: nervus concolor tres partes folii emensus evanescit: reticulum laxius quam in congeneribus, constat ex areolis parallelogrammis parallelis, in apice foliis subrotundatis divergentibus. *Folia* perichaetii caulinis similia. *Vaginula* cylindrica, theca quintuplo brevior, ferruginea. *Seta* recta, siccitate tortilis, laevis, e rufo brunnea. *Theca* pyriformis, in basin attenuata, erectiuscula, cernua, laevis, e lutescente brunnea. *Fimbriam* nullam vidimus. *Peristomium* brevius quam in congeneribus et minus inflexum: *externi* dentes lanceolato-acuminati, trabiculati, e rufo lutescentes: *internum* externo aequale, membrana 16 fida, laciniis vel dentibus lanceolato-acuminatis, transversim striatis, lutescens. *Operculum* parum convexum exiguo mucrone instructum, ru-

fescens. *Calyptra* campanulato-subulata, latere fissa, rictu amplissimo, nitida, lutescens.

Differt a F. *Mühlenbergii* folii nervo semper et ocyus evanescente, theca elongata, operculo non conico et teneritate foliorum.

Tab. LXVI. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. Unius basis, 3. folium caulis, 4. perichaetii, 6. vaginula, 7. theca augm. I. Fig. 5. apex folii, 7. peristomii externi, 8. interni dentes augm. IV. Fig. 9. Calyptra augm. I.

MEESIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, obtusis, brevibus; *interius* dentibus sedecim opere reticulato connexis aut liberis.

Flores terminales, gemmiformes, hermaphroditi.

Habitus bryorum. *Caules* simplices, erecti. *Setae* longae. *Thecae* oblongae, curvulae. Character essentialis cognoscitur externi peristomii dentibus interno dimidio brevioribus, obtusis, teneris, pallidis. *Interni* contextus membranaceus, subspongiosus: *dentes* lanceolato-lineares, extus carinati, externis dentibus interpositi, aut spatio aequali ab invicem remoti et tum membrana cellulosa fugaci inter se connati, aut per paria approximati, liberi. Haec vero aut coniunctio aut separatio in hoc genere exigui momenti est, quum non solum dentium externorum et internorum florumque structura, sed etiam habitus omnium specierum maxime congruat.

1. ULIGINOSA, foliis lingulatis obtusiusculis integerrimis. Spec. musc. p. 173. Stirp. crypt. I. p. 1. t. 2.

β, minor, foliis angustioribus rigidioribus. Meesia *minor* Brid. muscolog. II. 3. t. 2. f. 13. a—d.

In paludibus et β, in rupestribus alpinis Europae et Carolinae, ubi legit Michaux. $\mathcal{U}$.

Foliorum nervus proxime ad apicem evanescit.

2. DEALBATA, foliis oblongis acuminatis denticulatis. Spec. musc. p. 174. T. 41. f. 6-9.

In alpibus Scotiae, in Suecia, in depressis Germaniae borealis. $\mathcal{U}$.

3. LONGISETA, foliis ovato-lanceolatis trifariam patulis, peristomii interni dentibus liberis per paria approximatis. Spec. musc. p. 173. Stirp. crypt. I. t. 21. 22.

Diplocomium *longisetum* Web. Mohr. crypt. Germ. p. 374.

In turfosis profundis, et in subalpinis Europae, floret aestate. $\mathcal{U}$.

TIMMIA.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, acutis; *interius* membranaceum fissum: laciniis plurimis, subaequalibus, linearibus.

Flores monoeci: masculi gemmacei axillares pedunculati; feminei terminales.

1. MEGAPOLITANA, foliis lineari-lanceolatis margine planiusculis, operculo centro depresso. Spec. musc. p. 176. Stirp. crypt. 1. p. 83. t. 31.

   Timmia *cucullata*, foliis linearibus, angustato-acutis, serrulatis: pedunculo breviusculo: sporangio cernuo, arcuato, obconice turbinato, e latere persistentis calyptrae erumpente: peristomii externi dentibus articulatis. Michaux flor. boreali Amer. 2. p. 304.

   In ducatu Megapolitano Germaniae, in Pensilvania et Carolina; speciminibus a Richardo datis curate comparatis; floret aestate. ♃.

2. AUSTRIACA, foliis linearibus margine inflexis: basi latioribus, operculo mammillato. Spec. musc. p. 177. tab. 42. f. 1 — 7.

   In silvis subalpinis Germaniae, Galliae, Sueciae, Helvetiae; Iulio. ♃.

CINCLIDIUM.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, liberis, acutis; *interius* membrana conica sedecies perforata.

Flos terminalis, discoides, hermaphroditus.

Habitus Mnii. Statura e maximis. *Caulis* simplex, erectus. *Folia* subalterna, lata. *Seta* longa, erecta. *Theca* pendula, elongata, pyriformis.

1. STYGIUM. Tab. LXVII. Swartz in Schrad. diar. bot. 1802. p. 17. tab. 2. optime.

Meesia *stygia*, trunco erecto, ramoso; foliis subrotundis, integerrimis, marginatis fuscis; capsula nutante turbinato-rotundatâ. Brid. muscol. II. 3. p. 172.

In paludosis profundis Sueciae borealis, Upsaliae, et in Germania boreali, in pratis paludosis prope Wahren, ducatus Megapolitani, auf der Falkenjäger Wiese am Werderholze. Iulio fructiferum. ♃.

Radix omnem caulem operiens, capillaceo-tomentosa, fusca. *Caulis* 2—4 pollicaris, erectus, simplex, innovans, apice interdum unum alterumve ramum pone florem edens. *Folia* sparsa, rariuscula, suberecta, terminalia stellata, ex angusta amplexicauli basi oblonga aut subrotunda, marginata, integerrima, planiuscula, pallide viridia, senio rufescente-fusca: nervo cras-

so, in brevem cuspidem, folii margine cinctam, excurrente, ferrugineo: areolis e circulari oblongis, longiori diametro transverso. *Perichaetii* folia propria quatuor terminalibus caulinis quadruplo minora, oblonga, intimum oblongo acuminatum. *Antherae* sex ad decem, oblongo-cylindricae, filamento brevi, pallide virides, senio lutescentes. *Pistilla* plura, uno, raro duobus fertilibus. *Paraphyses* filiformes, genitalibus paullo longiores, articulis oblongis aequalibus, pallide lutescentes. *Vaginula* oblonga. *Seta* 3. 4. uncialis, erecta, apice incurva et in apophysin turbinatam incrassata siccitateque tortilis, fusco-brunnea. *Theca* oblonga, aequalis, pendula, brunnea. *Peristomii externi dentes* interno dimidio breviores, lanceolati, laxe trabiculati, erecti, apicibus intra foramina interni subincurvi, flavi: *interni membrana* hemisphaerico-concava, reticulata, fusco-lutea, radiis sedecim rigidioribus, fuscis, foraminulorum isthmos formantibus: foramina sedecim oblonga: reticuli areolis transverse oblongis, in trinas series inter singula radiorum paria dispositis. *Operculum* hemisphaericum, mucronulatum, thecae concolor. *Semina* minutissima, amoene virentia. *Calyptra* latere fissa, angusta, theca paullo brevior.

Tab. LXVII. fig. 1. 2. plantae naturali magnitudine. Fig. 3. caulis pars augm. o. dimidiato. fig. 4. folia caulina augm. o. fig. 5. perichaetii augm. I. fig. 6. apex folii augm. IV. Fig. 7. floris pars augm. III. Fig. 8. genitalia et paraphyses augm. IV. Fig. 9. theca augm. o. Fig. 10. peristomium augm. IV.

GYMNOCEPHALUS.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, rectis, acutis, apice liberis: *interius* membranaceum, laciniatum: *dentibus* carinatis ciliisque capillaribus alternis.

Flos masculus capituliformis, aphyllus, pedicellatus.

1. ANDROGYNUS, foliis apice serratis. Richard. Manuscr.

Bryum *androgynum*, foliis lanceolatis uninervibus subtortilibus, flore masculo longe pedunculato nudo, theca oblonga erecta, operculo conico. Spec. musc. p. 178. Hedw. theor. generat. pl. crypt. t. 14. f. 5—7.

Mnium *androgynum*, caule ramoso androgynum. Linn. sp. pl. 2. p. 1574.

Mnium perangustis et brevibus foliis. Dillen. musc. p. 230. t. 31. f. 1.

In silvaticis umbrosis humidis, ad truncos arborum Europae et Americae. ♃.

2. CONOIDES, foliis integerrimis.

Bryum *conoideum* Dicks. cryptog. fasc. 4. p. 9. t. 11. f. 2. s.

Mnium *conoideum*, monoicum? capsulâ obovatâ rectâ, operculo subulato, foliis undique imbricato-patulis integerrimis. Smith. flor. Brit. 3. p. 1343. Engl. Bot. I. 1239. Ad truncos arborum Scotiae et Hiberniae. Mihi non visum.

B R Y U M.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim, rectis, acutis, liberis: *interius* membranaceum, laciniatum: *dentibus* carinatis, ciliisque capillaribus alternis.

Flos masculus terminalis, gemmiformis, sessilis.

Caulis erectus aut ascendens, subramosus. *Folia* erecta, patula, lanceolata vel oblonga. *Seta* terminalis, longa. *Peristomium* utrumque directione et longitudine aequale. *Operculum* convexum. *Calyptra* angusta, latere fissa.

Species figura thecae recentis aut humectatae inprimis dignoscuntur, quae comparatis plantis, sed vix describendo, distinguitur.

* *foliis arcte imbricatis.*

1. ARGENTEUM, subsimplex, foliis imbricatis cordato-ovatis acuminatis subsolidinervibus argenteis, theca pyriformi pendula. Spec. musc. p. 181.

β, maius, caule setam aequante.

Bryum *iulaceum*, surculis cylindricis, foliis ovatis concavis obtusiusculis, thecis ovatis pendulis, operculo papillato. Schrad. spicil. fl. German. p. 70. n. 2.

In saxis et terra nuda aprica omnis Europae et Americae borealis, hieme fructiferum. ♃.

Folia pellucida, albicantia, basi virescentia, nervo nunc in apicem pertingente, nunc ante eum evanescente, reticulo laxo.

Bryum *iulaceum* ut speciem distinguere non valui.

2. Zierii, caule subsimplici, foliis imbricatis ovatis acuminatis solidinervibus argenteis, thecae collo longo vacuo. Spec. musc. p. 182. t. 44.

Ad aggeres humidos in alpibus Scotiae, Sudetum, Helvetiae et Tyrolis, aestate maturum. ♃.

In statu iuniori apophysis cum theca plane confluit, ut limites vix cognoscantur, serius autem theca in formam oblongam abit et apophysi latior videtur.

3. Funkii, subsimplex, foliis quadrifariam imbricatis oblongis cuspidatis crassi-nervibus albo viridibus, theca pyriformi brevi. Tab. XXIX.

Bryum *iulaceum* Funk. Crypt. exsicc. fasc. IX. nro. 194. excluso synonymo Schraderi.

Ad muros vetustos delapsos montis piniferi Franconiae. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* primarius simplex, 3 — 6 lineas longus, basi nudiusculus, apice gemmiformis: rami semipollicares, infra caulis apicem exorti, tenues, teretiusculi, foliis inferiori parte remotiusculis, apice densis, rufi. *Folia* caulis dense imbricata, ramea exacte quadrifariam imbricata: caulina infima ovata, media oblongo-lanceolata, summa lanceola-

ta, omnia breviter cuspidata: ramea breviora et minus cuspidata. Omnia concava, carinata, cuspide patula, rigida, pellucida, integerrima, e viridi albicantia: nervo crasso, valde prominulo, basi rufescente, superius e luteo viridi: areolis reticuli oblongis, contiguis, laxis. *Flores masculos* non habui: *feminei* gemmiformes, terminales. *Perichaetii folia* sex vel octo, lanceolata, nervo caulinorum simili cuspidata, pallida. *Pistilla* decem, rufa. *Paraphyses* paullo plures, filiformes, articulis oblongis, albidae. *Vaginula* oblonga, rufo-ferruginea. *Seta* pollicem sesquialterum aut duos longa, recta, apice ad horizontem breviter incurva, siccitate tortilis, rufa. *Theca* paullo infra horizontem inclinata, oblongo-pyriformis, breviuscula, ore amplo, e rufo brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, subtilissime trabiculati, luteo-brunnei: *interni* membrana lutescens; dentibus quater perforatis: ciliis solitariis. *Fimbria* simplex, valde lata, pallida. *Operculum* e convexo mucronulatum, rufum.

Differt ab *argenteo* nervo crasso, prominulo, perdurante, colorato; seta caulem multoties superante; foliis quadrifariam imbricatis.

Tab. LXIX. fig. 1. Plantae naturali magnitudine. Fig. 2. unius caulis augm. I. Fig. 3. folia caulis primarii augm. II. 4. eorum apex augm. II. Fig. 5. folia ramea augm. II. 6. eorum apex augm. IV. fig. 7. theca augm. I. Fig. 8. peristomii externi dentes, 9. interni pars, 10. fimbriae pars augm. IV.

4. DICHOTOMUM caule dichotomo longo, foliis imbricatis ovatis acuminatis solidinervibus, seta arcuata. Spec. musc. p. 183. t. 62.

Nova Seelandia. ♃.

** *foliis laxis*

a) nervo apice evanescente.

5. PULCHELLUM, caule simplici brevissimo, foliis lanceolatis ruptinervibus denticulatis strictis, theca subrotunda pendula viridi-brunnea. Spec. musc. p. 180. Stirp. crypt. 3. p. 95. t. 38. B.

Ad rivulos alpinos Lapponiae, aestate.

Sequenti simillimum, humiliori caule, foliis strictis, colore diversum; an semper sit, ob speciminum defectum determinare nequivi.

6. CARNEUM, caule simplici mediocri, foliis lanceolatis ruptinervibus denticulatis, theca subrotunda pendula atro-rufa. Linn. Smith. fl. Brit. 3. p. 1353.

Bryum *delicatulum* spec. musc. p. 179. Stirp. crypt. I. p. 52. t. 20. Dillen. t. 50. f. 69.

β, *atropurpureum*, capsulis globosis incurvis atropurpureis Wahlenberg. flor. Lapp. p. 360. Bryum *carneum* β, Turn. Hibern. musc. p. 119.

In arenosis, nudis, humidis, inter gramina per omnem Europam et Pensilvaniam, hieme; β, in alpibus Lapponiae, Carinthiae, Helvetiae. ♃?

7. WAHLENBERGII, caule subramoso: masculo inferius calvo, foliis cordato-ovatis acutis subruptinervibus serrulatis, theca turbinata pendula. Tab. LXX.

Bryum *albicans* Wahlenberg. MS.

Bryum *nitens* Swartz MS.

Hypnum *Wahlenbergii*, foliis erecto-patentibus, cordato-triangularibus, acutiusculis, serrulatis, nervo subevanescente; sporangio brevi, turbinato, pendulo; operculo convexo acuminulato. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 280.

In arena insulae Danubii Ratisbonae Funk, ad pedes alpium Scandinavicarum ad latitudinis gradum 70. lectum misit Swartz. In Lapponia crescere dicit Web. M., sed Wahlenberg in flora Lapponica non memorat. ♄

Radix tomentosa, in caulem primarium ascendens. *Caulis* subsimplex, innovando pone florem ramosus: ramis paucis subfastigiatis et minoribus fasciculatis. Caules et rami steriles subsimplices, foliis alternis. Caules masculi subaphylli, aut exiguis foliolis parce tecti, apice aliquot folia et inter haec florem gerentes et pone hunc semel vel bis innovantes. *Folia* erecto-patula, cordata, superiora ovato-cordata, suprema lanceolata, acuta, apice serrulata, infima fere denticulata, concava, amoene viridia: nervo crasso, ad apicem rarius pertingente, plerumque proxime ante apicem evanescente, ferrugineo: reticuli areolis oblongis, contiguis, laxis. *Flores masculi* inter folia suprema subpatula gemmiformes. *Folia perichaetii* circiter duodecim, ovato-acuminata, cylindrico-con-

cava, apice patente, nervo proxime ad apicem evanescente, caulinis triplo minora, ferruginea. *Antherae* copiosae et *Paraphyses* filiformes, articulis brevibus, antheris paullo longiores. *Flores feminei* terminales, innovando mox laterales fiunt, solitarii aut subfasciculati. *Folia perichaetii* caulinis superioribus similia, intima quatuor vel sex, duplo minora, lanceolata, acutiora. *Pistilla* duodecim aut plura. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* semuncialis, aut uncialis, erecta, apice incurva, siccitate parum tortilis, ferruginea. *Theca* pendula, breviter pyriformis, lapso operculo fere turbinata, aequalis, rufo-brunnea, aetate fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, quatuordecies trabiculati, solidi, thecae concolores: *interni membrana* reticulata, areolarum maiorum et minorum seriebus geminatis, profunde fissa: *dentes* lanceolati, quinque lacunis oblongis pertusi: *cilia* gemina, capillaria, dentibus subaequalia. *Fimbria* probabiliter adest. *Operculum* convexum, mucronulatum, thecae concolor. *Calyptra* angusta, latere fissa, glabra, ferruginea.

Tab. LXX. fig. 1. caules feminei, 2. masculus naturali magnitudine. Fig. 3. folia inferiora, 4. superiora. 5. suprema augm. I. Fig. 6. apex folii augm. IV. fig. 7. theca augm. 0. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

8. ANNOTINUM, caule simplici apice bulbifero, foliis lanceolatis ruptinervibus subdentatis, theca elongate pyriformi, operculo convexo mucronulato. Spec. musc. p. 184. t. 45. Dillen. musc. 399. t. 50. f. 66. Weber

Mnium *annotinum* L. *Trentepohlia* erecta Hoffmann. etc.

Locis argillosis, humidis, ad aggerum fossas Europae, rarius. ♃.

9. CUCULLATUM, caule simplici innovante, foliis lanceolato-oblongis abruptinervibus erecto-incurvis, theca oblonga pendula, operculo obtuso. Tab. LXVIII. Missum e Finmarkia ad Hedwigium. ♃.

Caulis simplex, post florem quandoque innovans, semuncialis, foliis parce obsitus. *Folia* sparsa, inferioris aut sterilis caulis latiora, subcordata, communia lanceolato-oblonga, obtusiuscula, integerrima sed quasi subrepanda, concava, carinata, erecta, apicibus incurva, sordide viridia: nervo crasso, infra apicem evanescente, fusco: areolis reticuli e rhomboide parallelogrammis, angustis et spissis, apice subquadratis. *Folia perichaetii* caulinis similia. *Vaginula* ovata, theca triplo brevior, e rufo-ferruginea. *Seta* erecta, apice incurva, laevis, siccitate parum tortilis, uncia paullo brevior, ferruginea. *Theca* pendula, oblonga, laevis, e ferrugineo brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculati flavescentes: *internum* externo aequale, pallidius: *dentes* sedecim, linea simplici lacunarum perforati; dentibus interiiciuntur *cilia* totidem, duplo breviora, integra. *Fimbria* duplici ordine lacinularum constat. *Operculum* planiusculum, in centrum mammillatum elevatum, e lutescenti rufescens.

Tab. LXVIII. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. Earundem una augm. I. Fig. 3 Folia caulis media, 4. perichaetii, 5. imi caulis sterilis augm. II. Fig. 6. apex

folii augm. IV. Fig. 7. Theca augm. I. Fig. 8. Peristomii externi, 9. interni pars augm. IV. Fig. 10. Fimbria augm. IV.

† OBTUSIFOLIUM, caule simpliciusculo; foliis ovatis obtusis concavis conniventibus; capsulâ obovatâ obliquâ; operculo umbonato. Turn. musc. Hibern. p. 116. t. 11. f. 1.

In glareosis; mihi nunquam visum.

10. LUDWIGII, subsimplex ascendens, foliis lanceolatis obtusiusculis ruptinervibus subintegerrimis, theca oblonga pendula, operculo convexo. Tab. LXVIII.

Bryum *Ludwigii* Sprengel MS.

In Sudetibus legit Ludwig. ♃.

Radix capillacea, in caulis foliorum axillas hic illic ascendens. *Caulis* basi procumbens et fere repens, biuncialis, apice ascendens subsimplex. *Folia inferiora* ovata, superiora ovato-lanceolata obtusiuscula, summa acutiora, apice ad lentes convexas subdenticulata, concava, margine quandoque paulum inflexo, amoene viridia: nervo crasso, ferrugineo, proxime ad apicem evanescente: reticuli areolis oblongis contiguis. *Flores masculi* in suo caule subsimplici aut pone florem innovante gemmiformes. *Folia perichaetii* caulinis triplo minora, circiter duodecim, ovata, concava, erecta, acumine patente, ruptinervia pulchre reticulata, ferruginea. *Antherae* breviter ovatae, ferrugineae, vix ultra decem. *Paraphyses* nullae. *Flores feminei* terminales. *Folia perichaetii* caulinis similia, intima quatuor vel sex duplo minora et angustiora. *Pistilla* pauca. *Para-*

physes nullae. *Vaginula* ovata, fusca. *Seta* uncialis erecta, basi flexuosa, apice incurva, e rufo lutea. *Theca* oblonga, angusta, aequalis, pendula, basi paulum incurva, brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, octodecim trabeculis notati, rufi; *interioris membrana* reticulata, lutescens, areolarum maiorum seriebus geminatis, minorum ternatis aut quaternatis: *dentes* lanceolati, lacunis sex et duabus in membranae haud fissa parte conspicuis: *cilia* ternata vel binata, capillaria. *Fimbria* simplici lacinularum ordine, tota pallida. *Operculum* hemisphaerico-convexum, mucronulo vix perspicuo, e rufo lutescens.

Differt a bryo *boreali*, cum quo a Mohrio, probabiliter non autopta, iunctum est, caule tenero ascendente longo, foliis inferioribus obtusis, seta gracili et theca pendula.

Tab. LXVIII. fig. 1. plantae fructiferae et una mascula caule innovato magnitudine naturali. Fig. 2. fructiferae apex augm. o. Fig. 3. folium caulis infimum, 4. medium. 5. superius augm. II. Fig. 6. apex folii augm. IV. Fig. 7. vaginula augm. I. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni, 10. fimbriae pars augm. IV.

11. BOREALE, caule subramoso longo, foliis ovatis acuminatis ruptinervibus integerrimis, theca ascendente cylindrico-oblonga, operculo mammillato. Tab. LXIX.

Hypnum *boreale*, foliis erecto-l. subpatentibus, lanceolato-acuminatis, apiculatis, subintegerrimis; sporangio aequali, elongate pyrif., pendulo (?); operculo convexo-acuminu-

lato. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 287. excluso synonymo br. *Ludwigii.*

Bryum *turbinatum* Swartz musc. Suec. auctoribus Webero et Mohrio.

In Sudetibus legit Ludwig aestate. ♃.

Radix tomentosa, in caulem ascendens. *Caulis* erectus, subramosus et innovans, ramis fastigiatis. *Folia* ex obovato vel ovato acuminata: acumine angusto, lineari, enervi, margine inaequali, subrepando, concava, amoene viridia: nervo crasso, infra acumen evanescente, ferrugineo: areolis reticuli parallelogrammis, contiguis. *Flores masculi* in distincto individuo. *Folia perichaetii* duodecim, ovato-acuminata, caulinis duplo minora, nervo proxime ad apicem evanescente, rufo-viridia. *Antherae* copiosae, turgidae, incurvae. *Paraphyses* copiosae, filiformes, antheris paullo longiores, articulis elongatis. *Flores feminei* terminales. *Perichaetii* folia caulinis similia, tria vel duo intima duplo vel triplo minora, lanceolata. *Pistilla* circiter decem. *Paraphyses* vidi nullas. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* erecta, subflexuosa, apice paullum inflexa, siccitate parum tortilis, rufo-lutea. *Theca* ascendens, seu e curvata seta directionem, quae inter perpendiculum et horizontem intermedia est, secuta, e cylindrico oblonga, aequalis, laevis, e luteo brunnea, aetate fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, trabiculati, e fusco lutei; *interni membrana* reticulata, areolarum maiorum seriebus geminatis, cum minorum seriebus gemi-

natis vel solitariis alternantibus: *dentes* lanceolati, quinque lacunis oblongis pertusi, his intermedia *cilia* geminata vel solitaria, capillaria, dentibus duplo fere breviora. *Fimbria* e duplici lacinularum serie, basi brunnea, apice lutescens. *Operculum* convexum, mammillatum, rufescens.

Tab. LXIX. fig. 1 plantae naturali magnitudine. fig. 2. folia caulis, fig. 3. folia perichaetii feminei augm. I. Fig. 4. folii caulini, 5. perichaetii apex augm. IV. Fig. 6. vaginula, 7. theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi dentes, 9. interni, 10. fimbriae pars augm. IV.

** *foliis laxis.* b. *solidinervibus.*

a lanceolatis, breviter cuspidatis vel muticis.

12. ALPINUM, longum ascendens: ramis siccitate cuspidatis, foliis octofariam imbricatis lanceolatis solidinervibus, theca pyriformi pendula. Tab. LXXIII.

Bryum *alpinum*, anthera pendula oblonga, foliis ovatis acuminatis carinatis, surculis ramosis axillis pedunculiferis. Linn. Mant. II. p. 309. English Botany 23. t. 1623.

Bryum hypnoides pendulum sericeum, coma insigni atrorubente. Dill. musc. p. 394. t. 50. fig. 64.

Lectum est in alpibus Sueciae temperatioris, (in Lapponia desideratum Wahlenbergio), Scotiae, Germaniae in Vogesorum monte Ballon a Nestlero, in Pyrenaeis a Stromeyero et Lapeyrousio, in Lusitania Serra de Gerez a Linkio; aliunde allata specimina indubia non vidi. Floret aestate. ♃.

Radix basilaris, capillaceo-tomentosa. *Caules* in densos caespites congesti: singulus erectus vel ascendens, praelongus, ramis vagis fastigiatis, apice per folia stricta cuspidatus, ferrugineo-fuscus. *Folia* densa, octofariam sed laxe imbricata, lanceolata, concava, margine inaequalia vel subdenticulata, tenacia, ferruginea, iuniora aureo-lutescentia; viridia non vidi: nervo crasso, ad apicem pertingente, obscuriori: reticuli areolis oblongis, contiguis. *Flores* dioeci, terminales, feminei innovante caule laterales vel in axillis ramorum positi. *Flos masculus* ovatus, inter folia suprema caulis latens, iisque dimidio brevior. *Folia* circiter decem, ovatà, acuta, solidinervia, concava, erecta, laxe reticulata, ferruginea. *Antherae* circiter viginti, ovato-oblongae, turgidae, sordide virides, apice pellucido, effoetae luteae. *Paraphyses* antheris duplo fere longiores, filiformes, articulis superioribus longis, inferioribus ovatis, alternatim compressis, pallide viridibus. *Floris feminei folia perichaetii* caulinis similia. *Pistilla* decem, solito longiora. *Paraphyses* pistillis longiores, masculorum similes, sed acutes, et copiosiores. *Vaginula* ovata, fusca. *Seta* sesquiuncialis, erecta, apice incurva, siccitate tortilis, nitida, ferrugineo-rufa. *Theca* pendula, pyriformis, aequalis, ore contracto, laevis, fusca aut rufo-nigra. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, trabeculis circiter viginti instructi, apice inflexi, fusco-lutei: *interni membrana* non ad medium fissa, reticulata, areolarum angustiorum seriebus geminatis lutescens; *dentes* lanceolato-mucronati, linea media fusca, solidi; *cilia* dentibus paullo breviora, solitaria, capillaria. *Fimbria* lacinularum ordine tri-

plici, basi rufa, apice lutescens. *Operculum* convexum, mucronulatum, thecae concolor.

Tab. LXXIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia augm. I., 3. eadem augm. II. Fig. 4. folii apex augm. IV. Fig. 5. theca augm. o. fig. 6. peristomii externi 7. intetni pars, fig. 8. fimbria augm. IV.

13. ERYTHROCARPON, humile subramosum, foliis lanceolatis cuspidulatis dentatis solidinervibus substrictis, theca pendula oblonga sub ore constricta. Tab. LXX.

Bryum *erythrocarpon* Brid. MS. Web. et Mohr. cryptog. Germ. p. 279.

Bryum *atrovirens*, surculis decumbentibus subramosis caespitosis filiformibus nigris apice virescentibus, foliis acuminato-setaceis numerosis. Villars flor. Delphinat. 3. p. 876. fide speciminum Villarsii.

In arenosis humidiusculis Saxoniae superioris (Bornae, Vitebergae) et inferioris, ducatus Megapolitani, prope Gap in Delphinatu et in Pensilvania. Vere fructiferum. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* lineas tres vel sex altus, erectus, simplex aut subramosus, fastigiatus, tenuis. *Folia* erecta, lanceolata, parum carinata, versus apicem evidentius aut minus perspicue denticulata, rigida, amoene vel ex rubente viridia: nervo crasso ferrugineo, ad apicem perducto aut tantillum emergente: areolis reticuli subquadratis, contiguis. *Flores* dioeci; *masculi* in caule simplici, rarius innovante, terminales,

gemmiformes, ovati. *Perichaetii folia* circiter duodecim ovato-acuminata, subintegerrima, rufescentia, uninervia, intimum quandoque enerve. *Antherae* decem, oblongae, curvulae, turgidae, luteae. *Paraphyses* plures, vix longiores, filiformes, articulis brevibus. *Flos femineus* terminalis. *Perichaetii folia* caulinis similia, intima paullo minora. *Vaginula* ovata, ferrugineo-brunnea. *Seta* pollicem sesquialterum, duos vel duos et dimidium in eodem saepe caespite alta, stricta, apice incurva, siccitate parum tortilis. *Theca* pendula, oblonga, aequalis, ante apicem contracta, e fusco rubra aut nigricans, orificio rufo. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati: *interni* membrana minus profunde quam solent fissa, areolis brevioribus; areolarum minorum seriebus geminatis: *dentes* lato-lanceolati, trinis lacunis: *cilia* paullo breviora, capillaria, latiuscula. *Fimbriae* simplicis lacinulae longae, basi brunneae. *Operculum* convexo-conicum, acumine obtuso.

Differt a *caespitacio*: caule tenero, foliorum forma et nervo parum tantum emergente, colore thecae rufo.

Tab. LXX. fig. 1. plantae femineae, 2. mascula naturali magnitudine, fig. 3. planta feminea et 4. mascula augm. o. Fig. 5. 6. folia augm. I. Fig. 7. foliorum apices. 8. media pars augm. IV. Fig. 9. vaginula augm. II. fig. 10. peristomii externi, 11. interni, 12. fimbriae pars augm. IV.

† COMPACTUM, caule basi diviso, foliis lanceolatis carinatis apicem versus serratis, capsulâ ovatâ pendulâ. Smith flor. Brit. 3. p. 1359. Dicks. fasc. 4. p. 15. t. II. f. 11.

In paludibus. ℓ.

† INTERRUPTUM, caule ramoso interrupte folioso, foliis lanceolatis acutis undique serrulatis, capsulâ pyriformi erectiuscula. Smith. fl. Brit. 3. p. 1363. Dicks. fasc. 4. p. 13. t. II. f. 6.

In rupibus alpinis Scotiae, Ben Nevis. ℓ.

† NIGRICANS caule basi ramoso, foliis lanceolatis strictis apicem versus serratis, capsulâ turbinatâ pendulâ. Smith. flor. Brit. 3. p. 1363. Dicks. fasc. 4. p. 15. t. II. f. 10.

In paludibus turfosis Scotiae. ℓ.

Haec tria brya nunquam vidi.

14. APICULATUM, longum apice ramosum, foliis lato-lanceolatis cuspidulatis, seta arcuata, theca pyriformi longicolli. Tab. LXXII.

In America meridionali lectum, ni fallor, Richardus dedit. ℓ.

Radix in caule fasciculata, capillacea. *Caulis* 2 — 3 uncias longus, erectus, apice ramos simplices edens. *Folia* lato-lanceolata, brevissima, concava, laxe erecta, subintegerrima, amoene viridia: nervo ferrugineo in exiguam cuspidem emergente, ferrugineo: reticuli areolis elongatis, maiusculis. *Seta* uncia paullo longior, ut cygni collum arcuata, brunnea. *Theca* pyriformis basi attenuata, infra horizontem paullum declinata brunnea. *Peristomii externi dentes* affinium latiores, anguste trabiculati, ferruginei: *interni* membranae lutescentis, fusco-lineatae, areolis latis at brevibus; minorum seriebus geminatis: *dentes* lanceolati, quaternis lacunis: *cilia* bina, triente

minora, capillaria. *Fimbria* simplex, lacinulis perangustis, basi brunneis. *Operculum* convexum, mucronulatum.

Specimina perdidi; inde accuratior disquisitio florum deest.

Tab. LXXII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia augm. II. Fig. 3. apex folii augm. IV. Fig. 4. theca augm. I. Fig. 5. peristomii externi, 6. interni, 7. fimbriae pars augm. IV.

c) *foliis lanceolatis longius cuspidatis.*

15. CORONATUM, caule ascendente subramoso, foliis lanceolatis cuspidatis, theca basi impressa coronata? operculo mammillato. Tab. LXXI.

In Guiana legit cl. Richard, in Iamaica Swartz. ♃.

Radix basilaris, fibrillosa, parum ascendens. *Caules* in caespitem congesti, vix unciales, tenues, basi parum decumbentes, apice et ramo uno alterove erecti, brunneo-fusci. *Folia* sparsa, minus densa, ovato-oblonga, margine subinaequali nec tamen denticulato, concava, erecto-patula, pallide viridia: nervo rufescente, crasso, cuspidem, sectae folii parti aequalem, nudam formante: reticuli areolis subrhombeis, contiguis. *Flores masculi* in Swartziana planta praesentes gemmiformes, terminales, saepe innovato caule laterales facti. *Folia perichaetii* circiter decem: exteriora ex ovato longe cuspidata, media magis oblonga, omnia uninervia: intima quatuor caulinis quadruplo minora, ovata, acuta, enervia, tenera et obesa, pallida. *Antherae* circiter duodecim, subsessiles, oblongae, turgi-

dae, ratione plantae magnae et crassae, pallidae. *Paraphyses* nullae. *Flores feminei* pari loco quo masculi usi, *folia* caulinis similia, interiora tamen lanceolato-oblonga, cuspidata. *Pistilla* duodecim ad viginti, oblongo-linearia, fusca. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Seta* uncia paullo maior, erecta, apice ad acutiorem angulum inflexa, siccitate tortilis, fusca. *Theca* pendula, ovato-oblonga, basi ad insertionem setae impressa, et ad huius impressionis circumferentiam margine acuto, quasi corona, cincta, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, trabiculati, solidi, inflexi, rufi: *interni membrana* vix brevior, reticulata, ita ut areolarum maiorum series binae peristomii dentes gestantes, cum totidem aut trinis seriebus minorum cilia ferentibus alternare soleant: *dentes* lanceolati, lacunis latiusculis quinis pertusi: *cilia* gemina aut trina capillaria, pallide lutea. *Fimbria* lata, e simplici lacinularum serie, basi ferruginea, apice lutescens. *Operculum* e basi parum convexa acute mammillatum, concolor.

Tab. LXXI. e speciminibus Richardianis fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia caulis, 4. perichaetii feminei adulti externum, 5. eiusdem interna folia 7. vaginula cum pistillis. 8. theca augm. I. Fig. 3. apex folii caulini, 6. perichaetii. 9. peristomii externi. 10. interni. 11. fimbriae pars augm. IV.

16. MEGALACRION, subdivisum, foliis alternis lanceolatis longissime cuspidatis, theca lineari-oblonga suberecta, operculo mucronulato. Tab. LXXI.

In insula Franciae legit cl. Aubert Du Petit Thouars. 4.

Radix basilaris, capillacea, fibrillis longis, subramosis. *Caules* simplices, erecti, lineam longi. *Folia* remotiuscula, lanceolata, cuspidata, parum concava, erecta, rigida, integerrima, pallide vel luteo-viridia: nervo crasso, ubi e folio exiit cuspidem folii longitudinis dimidiam partem efficientem formante, ferrugineo: reticuli areolis subquadratis, seriatis. *Flores* non aderant. *Perichaetium fructiferum* ad basin caulis: *folia* caulinis simillima. *Vaginula* oblonga. *Seta* semuncialis, erecta, subgeniculata, crassa, non tortilis, luteo-brunnea. *Theca* oblonga, elongata, aequalis, laevis, e luteo brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, remote trabiculati, solidi, thecae concolores: *interni membrana*, quantum in exemplo minus completo conspicere licuit, reticulata, areolarum maiorum seriebus geminatis cum minorum seriebus geminatis alternantibus, ad dimidium fissa, pallide lutea: *dentes* lanceolati, interiectis *ciliis* solitariis, capillaribus, paullo minoribus. *Fimbria* lacinularum ordine simplici, basi luteo-brunnea, apice pallide lutescens. *Operculum* convexum, mucrone intermedio minimo.

Tab. LXXI. fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. caulis inferior pars augm. II. Fig. 3. folia augm. III. Fig. 4. folii apex augm. IV. Fig. 5. Theca augm. I. Fig. 6. peristomii externi, fig. 7. interni pars; fig. 8. fimbria augm. IV.

17. LONGISETUM, humile subramosum, foliis lanceolatis cuspidatis integerrimis, seta longissima, theca pendula pyriformi microstoma. Tab. LXXIV.

Meesia *nutans* Willdenow prodr. fl. Berol. auctore Blandowio.

In pratis ad marginem lacus prope Wahren ducatus Megapolitani, cum Bartramia *Marchica*. Blandow. ♃.

Radix capillacea, basilaris, fusca. *Caulis* semunicalis, erectus, a basi aliquot ramos exserens. *Folia* densa, lanceolata, integerrima, concava, erecto-patula, siccitate vix contorta, amoene viridia: nervo crasso ferrugineo, cuspidem parenchymate omnino denudatam exhibente: reticuli areolis rhomboidalibus, in omni folii parte aequalibus. *Flores masculi* in caule minori et subsimplici terminales, gemmiformes. *Folia* ambientia, seu maiora si mavis perichaetii, caulinis similia, sed breviora et latiora: intima duo vel quatuor conniventia ovato-acuminata, solidinervia, reticulo valde laxo. *Antherae* decem ad triginta, oblongo-cylindricae, aetate lutescentes. *Paraphyses* copiosae, antheris paullo longiores, filiformes, articulis oblongis. *Flos femineus* innovando caule fit lateralis. *Folia* perichaetii caulinis, *paraphyses* masculinis similes. *Pistilla* decem. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* uncias tres ad quinque alta, erecta, basi parum flexuosa, apice incurva, siccitate non tortilis, laevis, brunnea, nitens. *Theca* pendula, pyriformis, turgida, ore contracta, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, duodecim trabibus instructi, solidi: *interni* membrana areolis omnibus subaequalibus: *dentes* lineari-lanceolati, pertusi lacunis tribus, oblongis: *cilia* bina, brevissima. *Fimbria* basi solito latius brunneo-colorata, areolis conspicuis, lacinulis apice luteo-albis. *Operculum* thecae ventre dimidio

angustius, parum convexum, acuto brevique mucrone, thecae concolor. *Calyptra* perangusta, latere fissa, ocyus secedens, straminea.

Notabilis species propter exiguum caulem iunctum cum longissima seta. Thecae figura pyriformis turgida, ore ad dimidium thecae diametrum contracta, et directio pendula distinguunt a Bryo *pseudotriquetro* et *pallescente*; caulis et apex folii a *pseudotriquetro*.

Tab. LXXIV. fig. 1. plantae femineae, 2. mascula magnitudine naturali. Fig. 3. folia, 4. unum e supremis augm. I. Fig. 5. apex folii inferioris, 6. superioris augm. IV. Fig. 7. floris masculi pars cum folio intimo augm. I. Fig. 8. anthera cum paraphysi augm. IV. Fig. 9. theca matura augm. I. Fig. 10. peristomii externi, 11. interni, 12. fimbriae pars augm. IV.

18. PALLESCENS, caule subramoso brevi, foliis ovato-lanceolatis cuspidatis integerrimis, theca pyriformi elongata horizontali. Tab. LXXV.

Bryum *turbinatum* quorundam.

Bryum *pallescens* Schleich. crypt. exsicc. Helvet. p. 28.

Hypnum *boreale* Web. Mohr. crypt. German. p. 287. specimina e monte Rathhausberg.

In subalpinis Sudetum et Helvetiae legerunt Schleicher et Car. Ludwig, Salisburgi Flörke, in alpinis graniticis Styriae ego, vere et aestate florens. ♃.

Radix capillaceo-tomentosa, in caulem aliquot fibris ascendens. *Caules* in caespitem basi congesti; singulus semuncialis, erectus subramosus, pone florem innovando. *Folia* ovato-lanceolata, subpatentia, concava, integerrima, tenuia at firma, viridi-lutea: nervo crasso, basi rufescente, apice flavescente, in cuspidem, parenchymate denudatam, octavae folii parti aequalem, exeunte: reticuli areolis subquadratis, sparsis nec seriatis, minutis, valde perspicuis. *Flos masculus* in sua planta plerumque. *Perichaetii folia* duodecim, caulinis similia, angustiora, intima multo minora, basi rufescentia, laxe reticulata. *Antherae* quatuor ad viginti, oblongae, curvulae, rufescentes. *Paraphyses* filiformes, multiarticulatae, albidae. *Floris feminei perichaetii* folia caulinis similiora. *Pistilla* octo. *Paraphyses* ut in masculo. *Vaginula* ovata, fusca. *Seta* uncias duas vel duas cum dimidia longa, erecta, subflexuosa, apice repente ad horizontem flexo, siccitate parum tortilis, rufescens. *Theca* pyriformis, elongata, subaequalis, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, dense trabiculati, luteo-brunnei: *interni membrana* externo paullo brevior, reticulata, areolarum maiorum geminae series cum minorum seriebus trinis alternantes: *dentes* lanceolati, quinquies pertusi: *cilia* istis aequalia, capillaria, bina. *Fimbria* simplici lacinularum, basi rubentium, apice pallidarum, ordine. *Operculum* convexum, mucronulatum, rubens.

Caule brevi, loco rupestri nec pratensi turfoso, et ubi recens aut madefactum est, directione thecae: semper autem nervo, in cuspidem omni folii parenchymate denudatam exeunte,

agnoscitur inter similia, quae pari magnitudine partium cum hoc et *pseudotriquetro* congruunt.

Tab. LXXV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. fig. 2. folia caulis, 3. perichaetii augm. I. Fig. 4. 5. apices foliorum augm. IV. fig. 6. vaginula, 7. theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi 9. interni, 10. fimbriae pars augm. IV.

19. CAESPITICIUM, humile subsimplex, foliis ovato-acuminatis cuspidatis integerrimis, theca pyriformi pendula. Spec. musc. p. 180. Dillen. musc. t. 50. f. 66.

Bryum *Varneum* Blandow Manuscr.

Bryum *turbinatum* Schleich. Catal. pl. Helvet. p. 28.

In terra nuda omnis Europae et Pensilvaniae passim frequens; hieme floret. ♃.

Bryum *Varneum* differt tantum theca et statura maiori.

† BICOLOR, caule brevissimo basi ramoso, foliis ovato-lanceolatis acuminatis, capsulâ ovatâ obtusâ pendula. Smith. flor. Brit. 3. p. 1355. Dicks. fasc. 4. p. 16. Turn. musc. Hibern. t. II. f. 2.

B. praecedentis varietas parva. Dillen. musc. p. 397. t. 50. f. 66. F. G.

In arenosis sterilibus siccis. ♃. Mihi non visum.

** *foliis laxis.* b. *solidinervibus.*

β. oblongis vel ovatis, breviter cuspidatis aut muticis.

20. TURBINATUM, caule subramoso longiusculo ascendente, fo-

liis oblongis acutis solidinervibus integerrimis, theca pendula pyriformi. Dillen. musc. p. 406. t. 51. f. 74.

Mnium *turbinatum* spec. musc. p. 191. Stirp. crypt. 3. p. 22. t. 8.

In Anglia et in silvis submontosis Saxoniae metalliferae, Chemnitzii, in oppido Bockau rev. Bock. ♃.

21. PSEUDOTRIQUETRUM, caule subramoso longiusculo erecto, foliis oblongis acutis solidinervibus denticulatis, theca pendula pyriformi. Spec. musc. p. 190. Stirp. crypt. 3. p. 19. t. 7. sub Mnio.

Bryum *ventricosum*, capsulis pendulis ventricosis oblongis, foliis trifariis patulis subulato-lanceolatis carinatis, surculis ramosis. Dicks. fasc. 1. p. 4. Dillen. musc. p. 404. t. 51. f. 72.

Bryum *geniculatum*, surculis erectis debilibus basi ramosis, foliis oblongis aristatis punctatis, pedunculis debilibus inflexis capsulis ovatis pendulis. Villars. flor. Delphin. 3. p. 892. t. LIV. fide speciminum Villarsianorum.

Bryum *bimum*, capsulis pendulis pyriformibus obtusis, foliis lanceolatis alternis, caule rubiginoso. Schreber. spicileg. flor. Lips. p. 83.

Bryum lanceolatum bimum, setis et capsulis longis pendulis. Dill. musc. p. 405. t. 51. f. 73.

Meesia *nutans* Willd. prodr. flor. Berolinens. p. 843. auct. Webero et Mohrio crypt. Germ. p. 288.

β. maius, foliis latioribus subintegerrimis.

Bryum *elatum* Schleich., et bryum *implexum* Schleich. in litt.

γ. caule per folia fasciculata nodoso.

In humidis, turfosis, paludosis omnis Europae et Americae borealis; ubique haud rarum; β, ad scorias fodinae Salbergensis Swartz. Aestate fructiferum. ♃.

Maxime variat magnitudine et partium proportione, foliorum tamen thecae forma et caulis longitudo setam superans notas constantes exhibent. Flores, quos hermaphroditos vidisse se dicit Hedwigius, semper inveni sexu distinctos. *Flos femineus* terminalis, gemmiformis folio triplo brevior. *Folia* perichaetii 5; exteriora oblongo-lanceolata, breviter cuspidata, nervo emergente; intima duo ovata, acutiuscula, enervia. *Pistilla* 15—20. *Paraphyses* plures filiformes, tenues, articulis longis.

† CUBITALE, capsulis pendulis clavatis oblongis, surculis setisque inflexis, foliis sagittatis acutis marginatis. Dicks. fasc. 2. p. 9. t. 5. f. 2.

Ad aggeres humidos in alpibus Scoticis; prope Aberfeldy cum bryo *Zierii.* ♃.

Foliorum forma, quorum marginem non satis agnovi, praecedenti simile, non potuit a me denuo comparari.

22. PALLENS caule mediocri bifido, foliis ovatis cuspidulatis integris, theca pyriformi longicolli horizontali. Tab. LXXII.

Bryum *pallens*, surculis simplicibus confertis, foliis ovatis acuminatis erectis; capsulis ovatis basi attenuatis cernuis, setis apice curvis. Swartz musc. Suec. p. 47. t. 5. fig. 11.

Mnium *gracile* Schleich. crypt. exsicc. Cent. 2. n. 41. quoad folia huic simile, sed figura thecae, quam immaturam tantum vidi, differre videtur.

Hypnum *pallens* Web. Mohr. Germ. p. 288.

In rupestribus subalpinis Sueciae, Saxoniae Schneekoppe, (Bohemiae Buchberg,) et Helvetiae; aestate fructiferum. ♃.

Radix capillacea, in caulem aliquot fibris ascendens. *Caulis* lineas tres ad octodecim altus, innovando ramosus eoque in statu e medio fructifer. *Folia* minus densa, ovata, cuspide brevi, submarginata, integerrima, parum concava; in caule erecta, in ramis remotiora, quasi alterna, paullo angustiora et erecto-patentia, amoene viridia; nervo virente in iunioribus, ferrugineo in vetustioribus; crasso, cuspidem formante ita tamen, ut, ad apicem fere, una vel altera cellula parenchymatis cingatur: reticuli laxi areolis subquadratis, contiguis. *Flores masculi* plerumque in suo caule minori, sed et ipso innovante, substellati. *Perichaetii externa folia* circiter duodecim, caulinis paullo angustiora; interiora quatuor vel sex duplo minora, ovato-acuminata, conniventia, brunnea, nitida: intimo uno alterove enervi. *Antherae* a numero senario ad vicenarium variant, oblongae, curvato-gibbae, e luteo brunneae, subsessiles. *Paraphyses* copiosae, paullo longiores, filiformes, tenerrimae, albidae. *Perichaetii feminei folia* caulinis similia, sed angustiora, interiora quatuor dimidio fere minora. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Setae* sesquiunciales, erectae, subflexuosae, apice curvatae, siccitate parum tortiles, rufae. *The-*

ca ovata, subaequalis, ore contracto, in longum pyriforme, a seminibus vacuum collum attenuata, curvata, ut apertura fere terram spectet, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, solidi, trabiculati, brunneo-lutei: *interni membrana* paulo brevior, cellularum maiorum dentiferarum seriebus binatis, cum minorum cilia gestantium seriebus quaternatis alternantibus: *dentes* lanceolati lineares, sexies pertusi: *cilia* solitaria basi in duo vel tria crura separata. *Fimbria* e triplici arcu et serie lacinularum composita, intus ferruginea, extus pallide lutea. *Operculum* exacte hemisphaericum, ut ad eius commissuram cum theca sulcus conspiciatur, mucronulatum, e rufo lutescens.

Tab. LXXII. fig. 1. plantae Sudeticae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. o. Fig. 3. folia caulis, 4. perichaetii feminei augm. I. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. vaginula. Fig. 7. Theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni. fig. 10. fimbriae pars augm. IV.

23. Schleicheri, caule praelongo, ramis cuspidatis, innovante, foliis cordato-ovatis cuspidulatis, theca pyriformi brevi pendula. Tab. LXXIII.

Bryum *alpinum* Schleich. pl. Helvet. exsicc. .... Villars flora Delph. 3. p. 889. secundum specimina sicca.

β, tenerius. Mnium *glaciale.* Schleich. Cent. 3. n. 41.

In udis alpinis Helvetiae et Pyrenaeorum. ♃.

Radix capillacea, in caulem et ramorum basin ascendens. *Caulis* uncias tres et ultra altus, ramos aliquot unciales approximatos et saepe quasi fasciculatos, fastigiatos, pone florem binum gerens, simplices pone florem recentiorem edens, itidem fastigiatos. *Folia* ex amplectente, in semicirculum fere excisa basi, cordato-ovata, brevia, lata, apicis margine inaequali per siccitatem convoluta et angustum ambitum simulantia, madore concava, carinata, patenti-erecta quasi ascendentia, ramea saepe convoluta ut rami cuspidati ut in hypno *cuspidato* videantur, tenuia et tenacia, pallide viridia: nervo crasso, concolori aut parum rufescente, in breve acumen exeunte per extremitatem solam emergente: reticulo laxo, areolis e rhomboide ovatis. *Caules* masculi minores et vix ramosi. *Flos masculus* gemmiformis globosus, caulinis foliis triplo aut quadruplo brevior. *Folia perichaetii* 4 — 6 ovata, breviter acuminata, intima acuta, enervia, reticulo valde laxo, pallidissime viridia. *Antherae* 20 — 35, oblongae, turgidae, curvulae, sordide e luteo-virescentes. *Paraphyses* copiosae, antheris tertia pro parte longiores, filiformes, tenues: articulis oblongis. *Femineus flos* discoides dici posset, nisi folia erecta essent. *Perichaetii folia* ovato-lanceolata, intima lanceolata: nervo cuspidata. *Pistilla* 6 — 30, filiformia, rufa. *Paraphyses* copiosae, masculinorum similes. *Vaginula* cylindrica, ferruginea. *Seta* biuncialis, aut triuncialis, erecta, flexuosa, apice arcu brevi inversa et paulum incrassata, luteo-rufa. *Theca* pyriformis, brevis, aequalis, pendula, ore contracto, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, solidi, trabeculis circiter octodecim, luteo brunnei:

interni membranae areolae minores in series tres dispositae: *dentes* lanceolati, lacunis quinque oblongis pertusi: *cilia* terna, capillaria, longitudine inter se inaequalia, dentibus parum breviora. *Fimbria* triplici lacinularum ordine composita, lutea, basi brunnea.

Differt a *pseudotriquetro* foliis latis, theca breviter pyriformi, a plerisque caeteris longitudine caulis, et ramis cuspidatis.

Tab. LXXIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia e ramis iunioribus, 3. e caule augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. theca augm. 6. Fig. 6. peristomii externi, 7. interni, 8. fimbriae pars augm. IV.

** *foliis laxis.* b) *solidinervibus.*

γ. *oblongis vel ovatis longius cuspidatis.*

24. BILLARDERII, caule mediocri bifido, foliis oblongis oblique cuspidatis immarginatis dentatis, theca pendula incurva. Tab. LXXVI.

Legit in Novo Belgio Billardiere, australium terrarum investigator celeberrimus. ♃.

Radix tomentosa et fibrosa, in caulem et ramos sparsim ascendit. *Caulis* primarius semuncialis, pone florem ramos aliquot simplices edens, semunciales aut unciales. *Folia* densa et in rosulam congesta in caule primario et ad apices ramorum, sparsa in inferiore ramorum parte. *Folia* concava, carinata, patula, oblonga, apice dentata, saepe obliqua, absque margine notabili; siccitate undulata et paulum complicata,

amoene viridia: nervus crassus, ferrugineus ex apice folii emergit absque comitante parenchymate et recurvatur; quindecies ibi brevior est quam folium: areolae reticuli e rhomboide subrotundi. *Folia perichaetii* communibus similia. *Vaginula* ovata, theca triplo brevior, ferruginea. *Seta* sesquiuncialis aut biuncialis erecta, apice ad horizontem curvata, laevis, siccitate tortilis. *Theca* oblonga, incurva, et per curvaturam suam pendula, ore vix contracta, ut seta operculum et peristomium externum e fusco brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculati: *interni membrana* dentibus latioribus, lanceolatis, pertusis: ciliis linearibus, geminatis, quandoque connatis. *Fimbria* lacinularum ordine duplici. *Operculum* plano-convexum, mucronulatum.

Differt a bryo *capillari* folio non marginato, vix tortili, nervo a parenchymate denudato brevi, theca incurva, peristomio interno.

Tab. LXXVI. Fig. 1. plantae naturali magnitudine, 2. folia caulis primarii augm. I. 3. eorum apex augm. IV. Fig. 4. folia rami augm. I. 5. eorum apex augm. IV. Fig. 6. Theca augm. 6. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni pars, 9. fimbria augm. IV.

25. PLATYLOMA, caule brevi subramoso, foliis oblongis cuspidatis late marginatis serratis, theca elongato-pyriformi pendula, mammillata. Tab. LXXVI.

Missum e Madera. ℒ.

Radix tomentoso-fibrosa. *Caules* in densum caespitem congesti, erecti, supra florem subramosi, semunciales. *Folia* erectiuscula, oblongo-ovata, lato et saturatius colorato margine cincta, rigidula et quasi subtiliter striata, versus apicem dentibus argutis minutis remotiusculis serrata, flavo-viridia: nervus crassus subferrugineus in cuspidem, folii sextae fere parti aequalem, prolongatur, quae omni parenchymatis vestitu caret: reticuli areolae e rhomboide subrotundae, laxae, in omnibus folii regionibus fere aequales; in margine folii angustiores, lineares, in sex circiter series digestae. *Perichaetii feminei*, ad basin caulis positi, folia caulinis similia, sed angustiora, oblongo-lanceolata, mucronata et apice in humido statu paulum torta. *Vaginula* ovata, theca triplo brevior, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta, apice incurva, siccitate subtilissime striata, non tortilis, ferrugineo-rubra. *Theca* recta, aequalis, elongato-pyriformis, laevis, ore amplo, ferrugineo-rubra. *Operculum* convexum, exiguo mucronulo terminatum, thecae concolor. *Peristomium* solito longius: *externi dentes* lanceolato-subulati, trabiculati, thecae concolores: *interni* membrana sedecim lineis obscurioribus distincta, minus profunde, quam ceterorum bryorum mos est, fissa: *dentes* sedecim lanceolati, basi 5 foraminibus in seriem digestis pertusi: *cilia* solitaria aut bina, dentibus paullo breviora, capillaria, intus quasi sub-nodosa. Peristomium, ut omnes plantae partes, aliquid rigidi habet. *Fimbria* duplici lacinularum serie composita.

Differt a br. *capillari*, folii lato margine, cuspide a paren-

chymate denudata et reticulo laxo, theca pendula subpyriformi, nec horizontali.

Tab. LXXVI. Fig. 1. planta naturali magnitudine. 2 folia inferiora, 3 superiora augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. theca augm. o. fig. 6. peristomii externi dens, 7. interni, 8. fimbriae pars augm. IV.

26. CAPILLARE, subramosum, foliis obovatis acuminatis cuspidatis contortilibus, theca subcylindrica horizontali. Tab. LXXIV.

Bryum *squalidum*, surculis brevibus subramosis, foliis fusco-viridibus, ovato-acuminatis, siccitate dextrorsum cochleatim gyratis, capsulis oblongis pendulis. Villars plant. Delph. 3. p. 889. t. 54. e speciminibus a Villarsio ad Boscium missis.

Mnium *capillare*, foliis ovatis setiferis carinatis, pedunculis longissimis, sporangiis oblongis pendulis, operculis acuminatis. Spec. musc. p. 182. Linn. Brid. etc.

Bryum foliis latiusculis congestis, capsulis longis nutantibus. Dillen. hist. musc. p. 398. t. 5. f. 67.

Ad vias cavas, in umbrosis silvaticis in omni Europa vulgare. Fructus maturos vere prodit. ♃.

Radix tomentoso-fibrosa, basilaris. *Caulis* primarius brevis, 2—6. lineas altus, e basi et latere ramos simplices, semunciales aut unciales, apice incrassatos edens. *Folia* in rosulam ad apicem caulis vel ramorum congesta, inferius sparsa, concavo-carinata, siccitate in spiram complicata, ita ut rami

in funem quasi contorta videantur, obovato-oblonga, exteriora obovata, acuminata, marginata, dentata, amoene viridia: *nervo* crasso, per acumen folii excurrente in tenuem, aliquot parenchymatis cellulis cinctam cuspidem exeunte, ferrugineo: reticuli areolae e quadrato aut parallelogrammo subrotundae, in margine folii angustissimae, in duplicem seriem digestae. *Flores masculi* in apice ramorum, exigui: *folia perichaetii* caulinis simillima. *Antherae* circiter octo, ovatae, turgidae. *Paraphyses* nullae. *Flores feminei* plerumque in caulis primarii apice, speciosiores quam masculi et perichaetii foliis paullo maioribus instructi. *Pistilla* sex vel plura. *Paraphyses* filiformes, multi-articulatae, pistillis vix aequales. *Vaginula* ovata, ferruginea. *Seta* erecta, subflexuosa, apice ad horizontem curvata, laevis, siccitate tortilis, e ferrugineo rufa. *Theca* subcylindrica, recta, ab horizontali directione paulum deflexa laevis, e luteo aut viridi brunnea. *Peristomii externi dentes* linearilanceolati, trabiculati, linea media in basi notati, brunnei: *interni membrana* communi forma et colore: *dentes* senis vel septenis foraminulis pertusi: *cilia* binata, simplici cellularum serie composita, paullo breviora. *Fimbria* simplici lacinularum lutescentium ordine, ferrugineo-rufa. *Operculum* convexum, mucronulatum, rufum. *Calyptra* latere fissa, testacea.

Tab. LXXIV. Fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. folia primarii trunci augm. I. 3. Eorum apex augm. IV. Fig. 4. Folia rami augm. I. 5. Eorum apex augm. IV. Fig. 6. vaginula augm. I. 7. theca augm. 0. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni, 10. fimbriae pars augm. IV.

Species nobis minus notae.

† INCLINANS, caule ramoso, foliis setaceis integerrimis siccitate crispis, capsulâ ovatâ inclinatâ, apophysi minutâ. Smith. flor. Brit. 3. p. 1364. Dicks. fasc. 4. p. 11. t. II. f. 9.

In alpibus Scoticis. ♃.

† ATTENUATUM, caule simplici prolifero, foliis stellatis ovatis integerrimis reticulatis, capsulâ elevato-cylindraceâ erectâ. Smith. flor. Brit. 3. p. 1360. Dicks. crypt. fasc. 4. p. 8. t. 10. f. 8.

In paludibus montosis Scotiae. ♃. Habitus Mnii.

† HETEROPHYLLUM, caule subdiviso foliis serratis: infimis subrotundis; summis lineari-acuminatis, capsulâ cernuâ, operculo convexo. Hooker in act. soc. Linn. Lond. IX. p. 318. t. 28. f. 1.

Nepal. Mnio *stellari* simile esse dicitur.

Plura Villarsiana, Halleriana etc. ignota enumeravit Bridelius, muscol. 2. 3. p. 35.

Species sedis incertae.

27. SQUARROSUM, erectum subdivisum, foliis omnibus reflexis: perichaetii erectiusculis, theca erecta inaequali. Spec. musc. p. 186. tab. 44.

Paludes Sueciae et Germaniae borealis, aestate fructiferum. ♃.

Bryum certo non est, neque vero ad Meesias, ut Wahlenbergius in flor. Lapponica p. 356. voluit, referri potest. Pe-

ristomii interni membrana est fissa, dentibus lanceolatis non lacunosis, nec cruribus ut in Pohlia compositis, sed differt a structura Meesiarum. Non potui eius locum systematicum eruere, quia in sexcentorum speciminum, multis locis collectorum, nulli aderant flores masculi.

28. MACROCARPON, foliis imbricatis ovato-lanceolatis revolutis piliferis: pilo ramoso. Spec. musc. p. 178. Stirp. crypt. 3. p. 27. t. 10.

Otaheiti. ♃.

Planta structurae plane singularis et proprii generis; sed an cum Leptostomo Brownii act. soc. Linn. Lond. 10. p. 320. conveniat, neque ex ipsis speciminibus Hedwigianis dignosci potest.

M N I U M.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim acuminatis, liberis; *interius* membranaceum, plicato-carinatum, dentibus lanceolatis et ciliis capillaribus alternantibus.

Flos masculus terminalis, discoides.

Caulis fructifer erectus, sterilis quorundam procumbens. *Folia* in apice caulis stellata, ovata, rarius lanceolata, nervosa. *Setae* erectae. *Thecae* pendulae, plerumque aequales.

1. PALUSTRE, caule dichotomo fastigiato, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis solidinervibus, theca inaequali horizontali. Hedw. Spec. musc. p. 188.

   β, Mnium maius, minus ramosum, capitulis pulverulentis crebrioribus. Dill. musc. t. 31. f. 4.

   In paludibus et pratis spongiosis Europae et Americae borealis; vere et aestate fructiferum. ♃.

Flores masculos omnino discoides, nec unquam capituliformes, quales Bridelius adesse dicit, vidi; stipitata enim capitula folia tantum gerunt succulenta, nunquam antheras.

Mnium maius Dillenii, primum observante Richardo, *palustris* varietas prolifera est.

† RECLINATUM, dioicum, capsula erectiusculâ, operculo conico, foliis obtusiusculis subsecundis, caule decumbente ramosissimo. Smith. act. soc. Linn. Lond. 7. p. 262.

Mnium ramis brevibus inordinate progredientibus. Dillen. musc. p. 239. t. 31. f. 8. *herb. Dillen.*

In Virginia.

2. TURGIDUM, caule dichotomo, foliis ovalibus concavis abruptinervibus imbricatis, theca cernua striata. Tab. LXXVII.

Mnium *turgidum*, surculis erectiusculis dichotomis, foliis ovalibus concavis imbricatis, capsulis oblongis cernuis. Wahlenberg flora Lapp. p. 351. tab. 23.

In praeruptis madidis Lapponiae, ad rupes per summum alpium iugum et ad radices alpium Nordlandiae; fructiferum ad Mandujaur Utsjokiae, Wahlenberg: in Tyrolis alpibus idem legit D. Lehmann, Danus. 4.

Radix tomentosa, in caulem ascendens, fusca. *Caulis* triuncialis, erectus, ramos subsimplices, alternos, variae longitudinis exserens, dense foliosus; interdum adeo longus, ut pro hypni caule habeas. *Folia* imbricata, ovalia, obtusa, integerrima, excavata, minus pellucida et quasi scabra; nervo crasso, proxime infra apicem evanescente: reticuli areolis subtilissimis, circularibus, spissis. *Flores masculi*, quos non habui, e Wahlenbergio dioeci, terminales, disciformes, foliis, quam caulina maioribus, cincti, quae num efficiant, an cingant perichaetium nescio. *Antherae* copiosae et *Paraphyses* paullo longiores, filiformes: articulis brevibus. *Flos femineus* terminalis, *perichaetii*

foliis caulinorum similibus, ex icone Wahlenbergii paraphysibus destitutus. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* uncialis, erecta, apice paulum incurva, siccitate tortilis, fusca. *Theca* oblonga, ad horizontem directa, inaequalis, sulcata, e luteo fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, 23 circiter trabeculis instructi, e fusco lutescentes: *interni membrana* externo quinta parte brevior, reticulata, areolarum maiorum seriebus geminatis cum minorum, non valde ab illis diversarum, seriebus quadrinatis vel quinatis alternantibus: *dentes* lanceolati, laxe reticulati, lacunis tribus elongatis, pertusi: *cilia* dentibus aequalia, bina, vel terna, capillaria. *Fimbria* probabiliter adest. *Operculum* et *Calyptra* non visa sunt.

Similis Mnio *palustri* et habitu et foliis scabriusculis, dense reticulatis; sed forma foliorum, nervo et floribus valde diversum.

Tab. LXXVII. fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. folia augm. I. Fig. 3. folii apices augm. IV. Fig. 4. theca augm. I. Fig. 5. peristomii externi, 10. interni pars augm. IV.

3. LACUSTRE, caule interrupte folioso subramoso, foliis spathulato-ovatis acuminulatis integerrimis, theca pyriformi pendula. Tab. LXXIX.

Mnium *lacustre* Blandow musc. exsicc. fasc. 3. nro. 132.

Hypnum *lacustre* foliis subpatentibus, ovato-brevi acuminatis, apiculatis, subintegerrimis, sporangio aequali, subpyrif. pendulo. Web. et Mohr crypt. Germ. p. 285.

In arenosis glareosis humidis Ducatus Megapolitani circa Wahren, ad marginem lacus Müritz See, Novembri ad Iulium; inter Bryum *caespiticium.* ♀.

Radix capillacea, in caulem inprimis ad innovationes ascendens. *Caulis* semuncialis aut sesquiuncialis, erectus, flexuosus, pone florem saepius innovans, ramis longitudine inaequalibus, basi parce, ad extremitates copiosius, nec ibi vero spisse foliosus. *Folia* spathulato-ovata, brevi acumine instructa, integerrima, ad lentes vitreas magis convexas quandoque subdenticulata, concava, subcarinata, patentia; apice ascendente; summa ramorum sterilium erecta et conniventia, vix marginata, amoene viridia: nervo concolori, ad apicem perdurante, interdum subevanescente; areolis reticuli oblongis, laxis. *Flores hermaphroditi*, disciformes, terminales, foliis caulinorum similibus stellatis cincti; propriis *perichaetii* quatuor minoribus lanceolatis, nervo cuspidatis. *Antherae* sex, oblongo-ovatae, sordide virentes. *Pistilla* plura, filiformia, fusco-rubra. *Paraphyses* copiosae, genitalibus altiores, filiformes, articulis oblongis. *Vaginula* cylindrica, fusco-rufa. *Seta* sesquiuncialis, paulum flexuosa, apice inflexa, siccitate tortilis, brunneo-fusca. *Theca* pendula, pyriformis, brevis, aequalis, brunneo-fusca. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, solidi, trabeculis 12. instructi, thecae concolores; *interni* membrana areolis minoribus in series binas digestis: *dentes* lanceolati, quatuor lacunis pertusi: *cilia* dentibus duplo minora, geminata, linearia. *Operculum* convexum, mammillatum, e brunneo rufum. *Calyptra* angusta, latere fissa, rufescens.

Habitu caulis ad Brya et Webera accedit, sed foliis et flore disciformi mniis propius est.

Tab. LXXIX. fig. 1. plantae magnitudine naturali. Fig. 2. Rami apex augm. o. Fig. 3. folia augm. I.; 4. alia augm. II. Fig. 5. folii apex augm. IV. Fig. 6. theca, 7. operculum augm. IV. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

4. Duvalii, foliis decurrentibus! ovatis, acuminulatis integerrimis immarginatis, operculo convexo mucronulato. Tab. LXXIX.

Bryum *Duvalii, mit weitläuftig wechselseitig stehenden, eyförmig zugespitzten, am Stängel flügelartig herablaufenden, von einem Nerven durchzogenen ganzrandigen Blättern; mit birnförmig hängender Frucht und convex zugespitztem Deckelchen.* Voit in Sturmii Deutschlands Flora Sect. II. Cryptog. fasc. 12.*

Lecta est ad pedem montis Thuringiae Inselsberg in prato humido; maio fructibus immaturis. ♃.

Radix capillacea, fasciculatim in caulem ascendens. *Caulis* biuncialis, erectus, simplex, debilis, tomento ferrugineo tectus, testaceus. *Folia* remota, ovata, semi-amplexicaulia, basi utrinque ad proximum folium usque decurrentia, patula, concava, subcarinata, apice in breve et angustum acumen, nervum crassum, viridem,) ad apicem pertingentem cingens, repente contracta, integerrima, amoene viridia: areolis reticuli subrotundis, contiguis. *Flos masculus* deerat: *feminei* folia peri-

chaetii lanceolata, solidinervia, subintegerrima, duo vel quatuor, caulinis quadruplo minora. *Pistilla* circiter sedecim, ferruginea. *Paraphyses* totidem, filiformes, articulis breviusculis, albidae. *Vaginula* oblonga, theca dimidio minor, basi brunnea, apice ferruginea. *Seta* 3—4 uncialis, erecta, subflexuosa, apice incurva, rufa. *Theca* elongate pyriformis, aequalis, pendula, brunneo-virens. *Operculum* convexum, mucronulatum, pallide rubens.

Tab. LXXIX. fig. 12. plantae naturali magnitudine. fig. 13. apex caulis, 14. folia augm. I. fig. 15. apex folii augm. IV. fig. 16. theca augm. I.

5. CRUDUM, caule simplici basi subnudo, foliis remotis lanceolatis apice serratis ruptinervibus, theca nutante, operculo convexo mammillato. Spec. musc. p. 189. Stirp. crypt. I. p. 99. t. 37. Dill. musc. t. 51. f. 76.

Locis udis montosis, ad saxa, in omni Europa, Iunio fructiferum. ♃

6. ERYTHROCAULON, caule subramoso, foliis spathulato-oblongis oblique cuspidatis solidinervibus dentatis. Tab. LXXX.

In insula Franciae sterile lectum dedit cl. Richard. ♃

Radix fibroso-tomentosa. *Caulis* erectus, medio quandoque ramosus, sesquiuncialis, teres, ferrugineus. *Folia* dissita, sparsa, semiamplexicaulia, e spathulato oblonga seu versus basin attenuata, apice oblique in brevissimum mucronem exeunte, versus apicem denticulata, rigida; basi concava, apice pla-

niuscula, inferiora magis erecta, superiora patula, pallide viridia: nervo crasso ad apicem ducto, lutescente: reticuli areolis parallelogrammis, seriatis, in basi folii paullo longioribus quam in apice. *Florum* nulla rudimenta.

Tab. LXXX. fig. 4. plantae naturali magnitudine. Fig. 5. caulis superior pars augm. o. Fig. 6. folia augm. I. Fig. 7. apex folii augm. IV.

7. STELLARE, caule subsimplici, foliis oblongis acuminatis ruptinervibus serratis immarginatis, theca horizontali, operculo convexo. Spec. musc. p. 191. t. 45. f. 1—4.

Lectum in Germaniae borealis ducatu Megapolitano et Schleichero in Helvetia missum vidi, vere et aestate fructiferum. ♃.

Folio non marginato et latiori, statura minori statim dignoscitur ab *horno*.

8. HORNUM, foliis lanceolatis acutis marginatis serratis ruptinervibus, theca nutante, operculo convexo mucronulato. Spec. musc. p. 188. Dillen. musc. t. 51. fig. 71.

Locis nemorosis udis Europae; aestate fructiferum. ♃.

9. SERRATUM, foliis lanceolato-oblongis nervo cuspidatis marginatis serratis, operculo brevirostri recurvo. Tab. LXXVIII.

Mnium *serratum*, surculo simplici, foliis ovato-acutis: summis angustioribus serratis, thecis ovatis nutantibus: operculi rostello recurvo. Schrad. spicileg. flor. Germ. p. 71. *

Bryum *marginatum*, capsulis nutantibus, foliis ovato-lanceolatis acutis denticulatis marginatis, operculo rostrato. Dickson crypt. Britann. 2. p. 9. t. 5. f. 1. fide Turneri.

β, foliis ovatis latioribus, paraphysibus clavatis, flore dioeco.

γ, tenerius, operculi rostro breviori, diametrum operculi aequante.

In silvaticis Ducatus Brunsvicensis et Helvetiae, in Suecia et in Pensilvania; β, γ, e Pensilvania missum a Mühlenbergio, ibi Aprili fructiferum. ♃.

Radix basilaris, capillacea, fusca. *Caulis* semuncialis aut sesquiuncialis, simplex, erectus, rufus. *Folia* alterna, erecto-patula, lanceolato-oblonga, marginata, denticulata; summa apposito in singulum dentem parvo acumine serrato, amoene viridia: nervo crasso, in cuspidem brevem exeunte, in varietate β, quandoque ad apicem subevanescente, rufo: reticuli areolis circularibus, in basi folii oblongis, contiguis. *Flores* plerumque hermaphroditi aut feminei, terminales. *Folia perichaetii* octo: exteriora caulinis similia, patentia; intima lanceolata, serrata, solidinervia. *Antherae* 16—20 oblongae, paullum incurvae, e luteo fuscae. *Pistilla* totidem, subfiliformia, intense rufa. *Paraphyses* istis longiores, filiformes, articulis ovatis, valde conspicuis, albidae. *Vaginula* oblonga. *Seta* sesquiuncialis, erecta, apice incurva, siccitate vix tortilis, rufa. *Theca* oblonga, ad horizontem flexa, aequalis, laevis, flavo-brunnea aut fusca, ore rufescente. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, trabeculis quindecim, solidi, e rufo lutei: *interni* mem-

branae areolarum minorum series geminatae, perangustae: *dentes* lanceolato-acuminati, lacunis trinis subrotundis pertusi: *cilia* dentium longitudine, capillaria, bina vel terna. *Fimbria* nulla. *Operculum* e convexa basi rostratum, obtusiusculum, thecae tertiam partem aequans, recurvum, thecae concolor. *Calyptra* latere fissa, conico-subulata, laevis, e rufo lutescens, apice rufa.

Tab. LXXVIII. fig. 1. plantae varietatis β, magnitudine naturali. fig. 2. plantae masculae apex, fig. 3. folium e medio caule, 4. ex summo augm. I.; fig. 3* 4* horum foliorum apices augm. IV. fig. 5. folia perichaetii masculi augm. 1. fig. 6. anthera, 7. paraphyses augm. IV. Fig. 8. vaginula, 9. theca augm. 6. Fig. 10. peristomii interni, 11. externi pars augm. IV.

10. SPINOSUM, foliis ovato-lanceolatis solidinervibus marginatis geminato-spinosis, theca nutante, operculo rostrato. Tab. LXXVIII.

Bryum *spinosum, mit eyförmig-lanzettartig, zugespitzten, am Rande dornigen Blättern; niedergebeugter Frucht, und kurzgeschnäbeltem Deckel.* Voit in Sturm flor. Crypt. German. XI. t. 16.

In pineto et silva Grünspergensi haud procul Altorfo in Germania media, in Helvetia olim lectum a Schleichero. ♃.

Radix basilaris, tomentosa. *Caulis* uncialis aut biuncialis, simplex, erectus, basi parce foliosus, ferrugineus. *Folia* inferiora ovata, acuta, vel breviter acuminata; superiora, in ro-

sulam aggregata, ovato- vel obovato-lanceolata, patentia, planiuscula, siccitate undulata; pallide viridia, margine incrassato lutescente, spinis geminatis, paulum divergentibus, ornato: nervus crassus in brevissimam vix conspicuam cuspidem excurrens, dorso scaber et quandoque pone apicem subspinosus, ferrugineus: reticuli areolae subcirculares, latiores quam longae, in omni folii plaga aequali magnitudine, in margine vero tumido elongatae, inconspicuae. *Perichaetii* folia subsena, caulinis dimidio et magis minora, erecta, lanceolato-acuminata, dense spinosa. *Genitalia* in utroque flore copiosa. In singulo flore foecundantur pistilla duo, tres vel adeo octo. *Paraphyses* filiformes, articulis oblongis, crebris, genitalibus paullo longiores. *Vaginula* oblonga, theca duplo brevior, ferrugineo-fusca. *Seta* biuncialis, erecta, apice curvata, siccitate tortilis, rufescens. *Theca* e cylindrico oblonga, laevis, ab horizontali directione paullum declinata, e flavescente viridique brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, crebris trabibus sulcati, e brunneo-fusci, multo obscurius colorati quam theca: *interni dentes* latiores, lanceolati, serie quatuor foraminum subcircularium pertusi: *cilia* angustiora, geminata, filiformia. *Fimbria* simplici ordine lacinularum. *Operculum* conico-rostratum, theca dimidio brevius, rufescens. *Calyptra* angusta, latere fissa, e stramineo fusca.

Tab. LXXVIII. fig. 1. plantae nativa magnitudine. Fig. 2. folia ex inferiore, 3. e superiore parte caulis, 4. perichaetii augm. o. Fig. 5. apex folii, augm. III. Fig. 6.

theca, 10. calyptra augm. IV. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni pars, 9. fimbria augm. III.

11. AUBERTI, caule innovante, foliis obovatis acutis ruptinervibus immarginatis serratis. Tab. LXXX.

Lectum in insula Franciae sterile communicarunt Aubert Du Petit Thouars et Richard. ♃.

Radix capillacea, in caulem ascendens. *Caulis* 4-uncialis, simplex, post florem innovans. *Folia* alterna, in apice florigero stellata, patentia, obovata, vel spathulato-ovata, acuta, non marginata, dense serrata, concava: superiora et in altera planta plurima magis oblonga, amoene viridia: nervo ferrugineo proxime ad apicem valde gracili et in ipso acumine evanescente: areolis subrotundis, contiguis, laxioribus quam congenerum.

Tab. LXXX. fig. 8. 9. plantae naturali magnitudine. Fig. 10. folium e planta nro. 8, fig. 11. e planta nro. 9. augm. I. Fig. 12. apex folii augm. IV.

12. CUSPIDATUM, foliis sparsis obovatis acuminatis solidinervibus marginatis serratis, theca subsolitaria pendula, operculo convexo.

Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. Dill. musc. 413. t. 53. f. 79. A—L.

In pratis et silvis apertis humidis, solo steriliori. Vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, in caulem ascendens, fusca. *Caulis* florifer erectus, sesquiuncialis, raro biuncialis, tenax, subsimplex,

foliis inferioribus alternis, supremis stellatis: sterilis ex erecta basi arcuatus et declinatus, apice radicans aut prostratus, foliis remotis, in sui medio maioribus, ad extremitates minoribus. *Folia* decurrentia, obovata, vel spathulata, breviter acuminata, erecta, apice reflexa, marginata, serraturis antrorsum versis, acutis, laete aut e flavo viridia: nervo ferrugineo, in iunioribus concolori, gracili, ad apicem perducto: reticuli areolis subrotundis, contiguis, ubique aequalibus. *Flores* in omnibus e variis locis allatis speciminibus vidi, contra morem generis, hermaphroditos, foliis caulinis ultimis maioribus, in stellae formam patentibus, cinctos. *Folia* perichaetii tres aut quatuor lanceolata, solidinervia, serrata, erecta, caulinis quadruplo minora. *Antherae* et *pistilla* decem; plura saepe pistilla. *Paraphyses* filiformes, articulis oblongis, genitalium numerum parum superantes. *Vaginula* ovata, firma, crassa, turgida, theca parum brevior, e rufo vel luteo ferruginea. *Seta* solitaria, raro gemina, sesquiuncialis, erecta, apice incurva, siccitate parum tortilis, e luteo rufa. *Theca* pendula, oblonga, aequalis, e luteo rufa. *Peristomii externi dentes*, lanceolato-acuminati, solidi, trabiculati, e luteo virentes: *interni* membrana crassa et brunnea; areolarum geminatae series, quibus dentes imponuntur, duplici serie lacunularum quadrangularium pertusae; interiectae cilia gestantes ternatae aut quaternae, non pertusae: *dentes* lanceolato-acuminati, lacunis transverse oblongis pertusi: *cilia* illis longitudine aequalia, capillaria. *Operculum* convexum, flavescens. *Calyptra* subulata, laevis, lutescens.

13. AFFINE, foliis sparsis obovatis acuminulatis solidinervibus marginatis serrato-ciliatis, thecis aggregatis, operculo convexo. Blandow musc. exsicc. III. n. 133.

Mnium *cuspidatum* spec. musc. p. 192. t. 45. (excluso synonymo Dillenii f. 79. A—L.) Linn. spec. pl. 1577. β.

Bryum Dillen. musc. t. 53. f. 79. M.

In montosis et pratis profunde spongiosis Europae et Pensilvaniae. Vere et aestate floret. ♃.

Tota planta *cuspidato* valde similis, sed caulis 2—4 uncialis, valde tomentosus; *folia* latiora et minus acuminata, saepe obtusa cum mucrone; serrato ciliata, ciliis patentibus; *setae* 2—3 unciales, plerumque quinque: quatuor, tres, raro una. *Flos masculus* maximus, pollicem dimidium latus. *Folium perichaetii* proprium unum vel duo, ovato-acuminatum, solidinerve, serratum, caulinis quadruplo minus. *Antherae* copiosae et paraphyses filiformes copiosissimae. *Feminei* floris paraphyses itidem copiosissimae. *Peristomii interni* membrana lutea, non lacunosa: series areolarum dentigerae geminae, alternant cum seriebus trinis vel quaternis, quibus adhaerent *cilia* duo vel raro tria; *dentes* lacunis latis pertusi, lanceolato-acuminati.

14. COMMERSONI, caule erecto subsimplici prolifero, foliis spathulato-ovatis nervo cuspidatis immarginatis ciliatis: terminalibus stellatis. Tab. LXXX.

Lectum a Commersono primo in insula Borboniae. ♃.

Radix basilaris, fibrosa. *Caulis* erectus, quadriuncialis, innovando post florem ramo uno vel duobus duplam quandoque altitudinem nanciscitur. *Folia* dissita, patentia, obovata, acuta, per nervum ferrugineum exeuntem oblique et breviter cuspidata, margine ciliis nudo oculo visibilibus erectis, sex lineas longa: reticuli areolis rhombeis, ubique aequalibus, contiguis, pellucida, tenuia at tenacia, pallide viridia, angustiora paullum in planta feminea. *Flores masculi* ut videtur stellati et *flores feminei* terminales. *Folia perichaetii feminei* circiter decem e lanceolato vel ovato acuminata, acutissima, remote et quasi spinoso-ciliata. *Pistilla* circiter viginti oblongo-filiformia, ferruginea. *Paraphyses* copiosiores, longiores, filiformes, tenuissimae, articulis brevibus. *Fructus* nemini, quod sciam, visus est.

Mniorum maximum est.

Tab. LXXX. fig. 1. planta, ut videtur mascula, caule post florem innovato, naturali magnitudine. Fig. 2. folia augmento o. dimidiato, fig. 3. apex folii augm. o. integro.

15. ROSEUM, foliis obovato-lanceolatis inmarginatis nervo cuspidatis serrulatis, thecis aggregatis pendulis, operculo conico. Spec. musc. p. 194.

In umbrosis humidis Europae et Americae borealis v. c. in Grandfather mountain in Carolina. Vere fructificat. ♃.

16. UNDULATUM, foliis lingulatis nervo cuspidatis marginatis serratis undulatis, operculo convexo mucronulato. Spec. musc. p. 195.

Locis umbrosis humidis Europae. Aestate et vere floret. ♃.
Flos masculus omnium crassissimus.

17. ROSTRATUM, foliis oblongis obtusis nervo cuspidatis marginatis serrulatis, operculo rostrato. Tab. LXXIX.

Bryum *rostratum*, surculo simplici, foliis ovato-ligulatis subserratis, thecis ovatis nutantibus, operculi rostello recurvo. Schrad. spicileg. flor. German. p. 72.

Bryum pendulum, Serpilli folio longiore pellucido, capsulis oblongis cuspidatis. Dillen. p. 416. t. 53. f. 80.

Mnium *longirostrum* Brid. muscol. 2. 3. p. 106.

In silvaticis rupestribus Hercyniae, Helvetiae et omnis Germaniae rarius, vere et aestate fructiferum. ♃.

Radix capillaceo-tomentosa, caulem ubi procumbit totum operiens, fusca. *Caulis* primarius erectus, caules vel flagella repentes aut declinatos, apice radicantes, biunciales, alternis rarisque foliis obsitos exserit. *Folia* obovata, oblonga aut ovato-ligulata remota, ad apicem caulis stellata, marginata, obtuse serrulata, undulata, apice obtusa vel rotundata, patula, parum carinata, laete viridia: nervo crasso, cuspidem brevem formante: areolis reticuli circularibus, basin versus oblongis, contiguis. *Flores polygami* monoeci vel dioeci, terminales: *masculus* in suo caule solitarius; *folia perichaetii* externa caulinis similia vel longiora, intima duo vel quatuor triplo minora, lanceolata, argute denticulata, areolis laxis, omnibus oblongis. *Antherae* oblongo-cylindricae, decem ad viginti, virides aut fuscae. *Paraphyses* illis longiores et copiosiores, filiformes,

articulis mediis longioribus, quam terminalibus basilaribusque, albo-virides. *Flos femineus* et *hermaphroditus* foliis perichaetii caulinorum similibus. *Pistilla* tenuia decem ad viginti et in hermaphrodito totidem antherae. *Paraphyses* genitalibus copiosiores et tenuiores. *Vaginula* subcylindrica, obscure virens. *Seta* sesquipollicaris aut bipollicaris, erecta, subflexuosa, apice ad horizontem curvata, siccitate vix tortilis. *Theca* oblonga, aequalis, evacuata parum inaequalis, horizonti parallela, e luteo fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, circiter vicesies trabiculati, virides: *interni* membrana areolarum minorum seriebus tergeminis aut quadrigeminis, sursum convergentibus: *dentes* lanceolato-cuspidati, lacunis quatuor, transversaliter oblongis, pertusi: *cilia* dentibus breviora, bina vel terna, capillaria. *Fimbria* nulla. *Operculum* conico-rostratum, theca dimidia paullo longius, rufo-luteum. *Calyptra* conico-subulata, latere fissa.

Tab. LXXIX. fig. 1. plantae fructiferae, 2. mascula magnitudine naturali. Fig. 3. folium inferius, 4. superius, 5. supremum augm. o. Fig. 6. apex folii augm. III. fig. 7. vaginula, 8. theca augm. o. Fig. 9. peristomii externi dens, 10. interni pars augm. IV. Fig. 11. calyptra augm. II.

18. PUNCTATUM, foliis subrotundis solidinervibus marginatis subintegerrimis, operculo rostrato. Spec. musc. p. 193.

In umbrosis humidis. Vere florens. ♃.

19. LATIFOLIUM, foliis ovato-subrotundis solidinervibus marginatis subdenticulatis concavis, caule longo subsimplici.

Lectum est a Schleichero in Helvetia, missum e Pyrenaeis; sine flore. ℓ.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* 3—4 uncias longus, erectus, subramosus fastigiatus. *Folia* inferiora remota, summa imbricata, concava, e subrotundo ovata, obtusiuscula, marginata, subdenticulata: nervo crasso ferrugineo ad apicem ducto: areolis reticuli subrotundis contiguis aequalibus.

Foliorum forma *punctato* aliquo modo simile, si madet; sed habitu et foliis erecto-incumbentibus, siccitate parum plicatis distinctum. Locum hic habet propter foliorum texturam, mnio similem.

20. SUBENERVE, caule ascendente simplici, foliis subenervibus obovato-oblongis mucronatis marginatis serratis. Tab. LXXIX.

Legit sterile in insula Franciae Aubert Du Petit Thouars. ℓ.

Radix capillacea, basilaris. *Caulis* erectiusculus, simplex, infra apicem innovans, ferrugineus. *Folia* remotiuscula, sparsa, patentia, apicis erectiuscula, obovata vel obovato-oblonga, mucronata, bis grosse undulata, paulum concava, margine lato et grosse serrato: nervi in ima basi brevissimi, duplicis aut simplicis, rudimento: areolis oblongis, valde laxis et grossioribus, quam in ullo fere musco.

Tab. LXXIX. fig. 17. planta nativa magnitudine. fig. 18. folium ex inferioribus. 19. e superioribus, 20. mediis augm. o. Fig. 21. apex folii augm. IV.

† PENDULUM, capsulâ pendulâ, operculo planiusculo, foliis subulatis striatis recurvis, caule erecto. Smith. in act. soc. Linn. Lond. 7. p. 262.

Nova Seelandia. ♃.

ARRHENOPTERUM.

Peristomium bryi.

Masculus flos axillaris: *femineus* terminalis.

Habitu inter brya, mnia et hypna intermedium est, sed peculiari et proprio. *Caulis* erectus, ramosus. *Folia* oblonga heteromalla. *Seta* terminalis, caule vix brevior. *Theca* inaequalis, erectiuscula, sulcata. *Operculum* e convexo rostratum, obtusum.

1. HETEROSTICHUM. Spec. musc. p. 198. Tab. XLVI.

Bryum heteropterum pellucidum. Dillen. hist. musc. p. 352. t. 45. f. 11.

Hypnum *illecebrum* Linn. flor. Lappon. ed. 2. 329. Spec. pl. 1594. excluso Dillenii synonymo. v. Smith in act. soc. Linn. Lond. 7. p. 263.

In Carolina et Pensilvania frequens. ♃.

De planta Lapponica nihil dicitur a Wahlenbergio in eius flora Lapponica.

CLIMACIUM.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus acutis; *interius* membrana brevissima: *dentibus* sedecim basi fissis, apice connatis.

Flores axillares, gemmiformes.

Peristomii interni structura peculiaris est. Constat membrana crassa, reticulata, brevi, in dentes sedecim divisa, a basi per maximam partem bifidos: cruribus crassis, subopacis et isthmis cellularum quasi nodulosis. Haec vero crura, quantum fissura perdurat, minime cohaerent aut trabiculis iunguntur ut in Leskeae et hypni dentibus, sed, diffracto apice coniungente, ab invicem secedunt. Non simulant itaque Leskeam aut Hypnum, uti coniicias, si Voitii historiam muscorum frondosorum, quae hypnum *lutescens* Climacium facit, perlegeris neque plantas ipsas examinaveris.

1. DENDROIDES, theca ovato-oblonga. Tab. LXXXI.

Leskea *dendroides*. Spec. musc. p. 228.

In silvaticis et pratis humidis omnis Europae; Americana specimina vidi nulla; vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, imum caulem dense operiens. *Caulis* 4—6 uncialis, ascendens, vel erectus, strictus, foliis appressis tectus, superiore parte ramos simplices, undique patentes, in

arbusculae comosae formam. *Folia* densa, erectiuscula, ovato-lanceolata, in imo caule cordato-ovata, acutiuscula, concava, superiore dimidia parte serrata, plica duplici laterali, viridia: nervo concolori, sub apice evanescente: areolis reticuli parallelogrammis, contiguis. *Flores* axillares, dioeci: *masculi* ad basin ramorum inferiorum, subrotundi, folio cingente quintuplo breviores, lutescentes. *Folia perichaetii* duodecim aut plura ovata, acuminata, enervia, pellucida. *Antherae* octodecim, oblongae, curvulae, e rufo luteae. *Paraphyses* copiosae, filiformes, articulis oblongis, albidae. *Flores feminei* ovato-acuminati, ad ramorum bases siti, folio triplo minores, maturitate longiores. *Folia* octodecim externa ovata, acuminata, interna lanceolato-acuminata, in cylindrum integrum fere convoluta, apice subpatente, plurima enervia, quaedam nervo infra apicem evanescente instructa, striis carentia. *Vaginula* oblonga, foliorum rudimentis basi scabra, apice glabra, coriacea, ferruginea. *Seta* sesquiuncialis, erecta, subflexuosa, siccitate tortilis, ferruginea. *Theca* ovato-oblonga, erecta, aequalis aut parum inaequalis, laevis, ferruginea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, subtiliter et dense trabiculati, solidi, siccitate incurvi, thecae concolores; *interni* dentes illis longitudine aequales, erecti, lutei. *Columella* peristomium superans, e filis conflata, conico-subulata, thecae concolor. *Semina* minutissima. *Operculum* conicum, elongatum, thecae quartam longitudinis partem aequans, thecae concolor. *Calyptra* subulata, angusta, thecae longitudinem aequans, latere fissa, straminea, apice ultimo fusca.

Tab. LXXXI. fig. 1. planta naturali magnitudine. 2. rami pars augm. o. fig. 3. folia rami inferiora et media, 4. supremum augm. I. fig. 5. 6. foliorum apices augm. IV. Fig. 7. perichaetium femineum augm. I. Fig. 8. folium imi caulis, 9. perichaetii feminei externum, 10. internum, 11. vaginula augm. I. Fig. 12. theca, 15. columella, 16. calyptra augm. I. Fig. 13. Peristomii externi; 14. interni pars augm. IV.

2. AMERICANUM, theca cylindrica longa. Brid. muscol. suppl. 2. p. 45. Michaux flor. boreali Americ. 2. p. 309. sub Leskea *dendroide*, non sine signo dubitationis.

In Pensilvania et Carolina legere Mühlenberg et Michaux. M.

Omnibus caulis, foliorum, florum, peristomii partibus *dendroidi* simillima, theca et operculo duplo longiori constanter differt.

NECKERA.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim erectis liberis: *interius* dentibus totidem, cum externis alternantibus.

Flores axillares, gemmiformes.

Caules debiles vario modo ramosi. *Folia* disticha, sparsa vel imbricata, latiuscula, rarius binervia. *Perichaetia* longa. *Setae* breves aut longae. *Calyptrae* latere fissae, aut campanulatae, interdum pilosae (Pilotrichum Palisot Beauv.)

* *setis inclusis.*

a) *foliis distichis.*

1. PENNATA, pinnata disticha, foliis verticalibus oblongo-lanceolatis dimidiatis basi duplicatis, seta inclusa. Spec. musc. p. 200. stirp. Crypt. 3. t. 19.

In cortice arborum, inprimis fagorum in silvis densis, siccis omnis Europae, excepta forte Anglia, in promontorio bonae spei, insula Borboniae, America boreali et in Gujana; vere florens. ♃.

† INTERMEDIA foliis distichis oblongis obtuse rotundatis undulatis enervibus etc. Brid. muscol. suppl. 2. p. 24.

In silvis Teneriffae prope Laguna ad arbores. ♃. Mihi non visa.

2. UNDULATA, pinnata disticha, foliis verticalibus oblongis truncatis ruptinervibus undulatis, setis inclusis. Spec. musc. p. 201. Stirp. crypt. 3. p. 51. t. 21. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1780.*

Ad truncos arborum in silvis densis depressis Iamaicae, Guianae, Dominicae. ♃.

3. DISTICHA, subsimplex, foliis verticalibus oblongis retusis ruptinervibus planis, setis inclusis. Spec. musc. p. 201. stirp. crypt. 3. p. 53. t. 22. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1784.*

Pilotrichum *truncatum*, caule decumbente, pinnato, ramoso; foliis distichis oblongis, apice truncatis, nervo tenui ante apicem evanescente instructis, foliis perichaetii longissimis, capillaribus. Palisot Beauvois Aetheog. p. 83.

Ad truncos arborum in Iamaica et regno Oware Africae. ♃.

Calyptra glabra, in ipso etiam specimine Palisotii.

4. GLABELLA, pinnata, foliis distichis oblongis mucronatis apice dentatis enervibus, setis inclusis. Spec. musc. p. 235. t. 59. sub Leskea. Swartz. flor. Ind. occ. 3. p. 1782.*

Sphagnum pennatum planum. Dillen. musc. 249. t. 32. f. 7. e Swartzio.

Ad truncos arborum in Iamaica, Patagonia.

b) *foliis sparsis.*

5. HETEROMALLA, vage ramosa, foliis sparsis ovatis acutis seminervibus, theca inclusa oblonga. Spec. musc. p. 202. Stirp. crypt. 3. p. 39. t. 15. Decandolle flor. Gall. 2. p. 544.* Smith. flor. Brit. 3. p. 1274. Turn. muscol. Hibern. p. 182. Plantam herbarii Dillenii esse pterogonium *iulaceum* dicit; quam ego Dillenianam vidi, ea Neckera *heteromalla* est.

Ad truncos arborum in Pensilvania, Anglia, Gallia occidentali, in Lusitania Link, in Germania boreali Schraderus legere, primo vere fructiferam. ♃.

6. FILIFORMIS, vage ramosa, foliis sparsis seminervibus ovatis acutis: calycinis setaceo-acuminatis, thecis inclusis oblongis. Spec. musc. p. 202. Stirp. crypt. 3. p. 41. t. 16. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1786.

In Hispaniola, ad ramos haematoxyli *Campechiani.* ♃.

Calyptra glabra.

† SPHAEROCARPA, pinnata: ramis abbreviatis, foliis ovatis acuminatis seminervibus, thecis inclusis subglobosis. Hooker in Act. soc. Linn. Lond. 9. p. 312. tab. 27. f. 1.

Nepal. ♃.

7. HYPNOIDES, vage ramosa, foliis sparsis oblongo-ovatis binervibus, setis inclusis. Spec. musc. p. 203. Stirp. crypt. 3. p. 43. t. 17. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1790.

In truncis arborum montium altissimorum Iamaicae. ♃.

8. FILICINA, pinnata: ramis approximatis distichis, foliis 3—5-fariam imbricatis ovato-lanceolatis subsolidinervibus, setis inclusis. Spec. musc. p. 204. Stirp. crypt. 3. p. 45. t. 18. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1788. *

Ad truncos arborum in montibus excelsis Iamaicae australis, prope Coldspring. ♃.

** *Setis exsertis.*

a) *foliis uninervibus vel enervibus.*

α, *distichis vel bifariam imbricatis.*

9. PUMILA, subramosa, foliis distichis ovatis oblique acuminatis planis, perichaetio setam subaequante. Spec. musc. p. 205. Stirp. crypt. 3. p. 49. t. 20. Schleich. Crypt. Helv. exsicc. Cent. 4. nro. 21.

Ad truncos arborum in silvis Angliae. In Gallia occidentali (Bretagne) legit cl. La Pylaye, in Helvetia Schleicher. ♃.

Mohrius a Schleichero se accepisse sub hoc nomine ait Leskeam *complanatam*, ego cum plurimis aliis speciebus elegantissimis veram N. *pumilam*.

10. CRISPA, pinnata, foliis distichis oblongis obtusis undulatis, setis exsertis longis. Spec. musc. p. 207.

Vulgaris in rupestribus calcareis, ad terram calcaream rarius, in omni Europa; vere fructifera. ♃.

11. PLANIFOLIA, erecta pinnata, foliis subdistichis lato-lanceolatis enervibus laevibus, setis exsertis ascendentibus. Spec. musc. p. 207. tab. 48.

In insulis australibus. ♃.

12. MACROPUS, decumbens subpinnata, foliis distichis lanceolatis enervibus laevibus, setis erectis longis, thecis cylindricis. Spec. musc. p. 207. Stirp. crypt. 3. p. 55. t. 23. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1796.*

Ad radices arborum in America boreali, Iamaica. ♃.

† SERRULATA, decumbens pinnata, foliis bifariam imbricatis lanceolato-linearibus apice crispis ruptinervibus serratis.

Pilotrichum *serrulatum*, caule procumbente ramoso; ramulis erectis pinnatis; pinnulis simplicibus, brevibus; foliis distiche imbricatis, lanceolato-oblongis, longe acuminatis, serrulatis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 83. Brid. muscol. suppl. 2. p. 29.

Hypnum *ericetorum*, caule procumbente varie diviso simpliciter pinnato, ramulis compressis, foliis conferto-distichis lanceolato-subulatis acumine cirrhoso spinuloso serrulatis, ductulorum fasciculo tandem evanido. Brid. suppl. muscol. 2. p. 97. secundum specimina.

In insula Borboniae lectam sterilem dedere Palisot Beauvois et Richard. ♃.

Habitus Neckerae *crispae*. *Folia* lanceolato-linearia, praelonga, densa et bifariam imbricata, ut in Neckera *undulata*, ita, ut rami potius compressi videantur, apice rugis transversis crispa, basi concava, toto fere margine argute serrulata: nervo infra apicem evanescente, concolori: reticuli areolis vix conspicuis.

** *Setis exsertis.* b. *foliis uninervibus vel enervibus.*

β) sparsis, imbricatis, vel patulis.

13. CLADORRHIZANS, decumbens subpinnata: ramis apice radicantibus, foliis bifariam imbricatis ovato-lanceolatis enervibus, seta longa. Spec. musc. p. 207. t. 47. Decand. flor. Gall. p. 542.

Ad ligna in silvis Pensilvaniae, Carolinae, Galliae australis, Helvetiae. ♃.

Europaea specimina paullum differunt. Color omnium flavescenti-aureus.

14. SEDUCTRIX, decumbens: ramis vagis teretibus, foliis ovatis acutis enervibus integerrimis, theca longiseta cylindrica. Spec. musc. p. 207. t. 47.

In Pensilvania et Carolina, ad arborum truncos imos. ♃.

15. VITICULOSA, decumbens: ramis ascendentibus, foliis patulis lingulatis mucronulatis subsolidinervibus integerrimis, seta longa. Spec. musc. p. 209.

In Europae rupestribus et ad truncos; Vere. ♃.

16. MINOR, caule procumbente: ramis erectis, foliis lingulatis ruptinervibus integerrimis, seta exserta, operculo conico-rostrato.

Neckera *minor* Palis. Beauv. Aetheog. p. 78.

Neckera *viticulosa* β, Sp. muscor. p. 210. t. 48. f. 6—8. nervo non satis exacte delineato.

Ad arborum truncos in America boreali. ♃

Habitu simillima *viticulosae*, sed rami breviores et folia nunquam homomalla. *Folia* lingulata, seu ex ovato oblonga, valde obtusa, integerrima, nigro-viridia, opaca: nervo ad tertiam folii partem evanido, pellucido: reticuli areolis subquadratis, obscuris. *Flores masculos* nullos vidi, forte dioeci sunt. *Feminei* gemmiformes, vel ramuliformes, foliorum apicibus patentibus; caeterum haec folia duodecim, communibus similia, parte dimidia inferiori erectaque pellucida, patente altera opaca. *Pistilla* ultra decem. *Paraphyses* filiformes albidae. *Vaginula* oblonga, fusca. Caetera communi *viticulosae* similia.

17. TRICHOPHYLLA, repens: ramis simplicibus erectis subcompressis, foliis patulis lineari-acuminatis striatis, setis exsertis radicalibus. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1798.*

Hypnum *trichophyllum* Hedw. Spec. musc. p. 274. t. 71.

Muscus terrestris repens maior, ramulis circa extremitates conglomeratis, foliolis multis et minimis capillaceis, caulem occultantibus. Sloan. Cat. 12. hist. 1. 68. t. 25. 2. Dillen. musc. p. 336. 74.

Ad corticem truncorum vetustorum in Iamaica. ♃.

Folia mihi videntur enervia, striis seu plicis tribus. Fructum non vidi. „Flores feminei ex ipso caule communi, ad basin partialium. *Folia perichaetii* lanceolata, acuminata, erecta, avenia, minutissime serrulata albida. *Seta* longitudine ramorum, erecta, rubra. *Theca* ovata, erecta. *Calyptra* subulata, glabra. *Operculum* subulatum, erectiusculum. *Peristomii externi* dentes 16., inflexi, *interni* cilia 16, erecta.“ Swartz.

18. CURTIPENDULA, decumbens pinnata, foliis sparsis ovato-acuminatis solidinervibus bistriatis, seta exserta. Spec. musc. p. 209.

Neckera *hamulosa* Villars catal. method. des plant. du jardin — à Strasbourg. ann. 1807. cum icone; non differt.

Ad truncos arborum late circumrepens in omni Europa, vere fructifera. ♃.

† FLAVESCENS, erecta pinnata: ramis simpliciusculis, foliis ovatis enervibus, thecâ exsertâ cylindraceâ erectâ, operculo subulato. Hooker in act. soc. Linn. Lond. 9. p. 314. t. 27. f. 2.

Nepal. ♃.

† TENUIS, bipinnata, foliis imbricatis serratis: caulinis cordato-subrotundis basi bistriatis, thecâ erectâ, operculo incurvo. Hooker. in Act. soc. Linn. Lond. 9. p. 315. t. 27. f. 3.

19. SPLACHNOIDES, caule repente vago, foliis patulis ovato-acuminatis ruptinervibus integerrimis, theca emersa, operculo obtusirostri. Tab. LXXXII.

Orthotrichum *splachnoides*, caule erecto ramoso, foliis ovato-lanceolatis acuminatis ductulorum fasciculo tandem evanido, capsulae oblongae longius pedunculatae operculo conico rostrato, calyptrâ conicâ, glabrâ. Brid. suppl. musc. 2. p. 4.

Ad truncos abietum Elvaci (Elwangen) in Suevia lectam misit Frölich, Iunio fructiferam. 4.

Radix capillacea, caulem obvestiens, fusca. *Caulis* arcte repens, et irretitus; ramis subsimplicibus, sparsis, erectis. *Folia* sparsa, remotiuscula, patentia, ex ovato acuminata, parum concava, integerrima, amoene viridia: nervo concolori, ultra medium evanescente: reticuli areolis subquadratis, undique aequalibus. *Flores* monoeci, axillares, truncigeni: masculi minimi, gemmiformes. *Folia perichaetii* quatuor aut sex, ovata, acuminata, caulinis latiora, sed quadruplo minora, integerrima. *Antherae* tres, vel quatuor, ovatae, turgidae, flavae. *Paraphyses* illis paullo longiores, filiformes, articulis inferioribus oblongis, superioribus quadratis. *Feminei floris perichaetium* longum: folia circiter 10, exteriora ovata, intima oblongo-lanceolata, post anthesin ad 5. linearum longitudinem augenda, enervia, pallida. *Vaginula* oblonga, basi virens, apice ferruginea, theca longior. *Seta* pollicaris, erecta, subflexuosa siccitate tortilis, e ferrugineo fusca. *Theca* cylindrica, infra os contracta, margine incrassata, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, obscure trabiculati, linea media longitudinali exarati, solidi, siccitate reflexi, luteo-brunnei: *interiores dentes*, illis interpositi, paullo breviores, capillares, e simplici cellularum serie conflati, albidi. *Operculum* plano-convexum, rostro cylindrico, thecae concolor, apice obtuso, pallidiori. *Calyptra* campanulato-cylindrica, mucronulata, basi fissa, theca minor, pallide brunnea.

Ab Orthotricho habet dentes peristomii externos reflexos, sed differt eorundem conformatione, floribus, foliis, caulis habitu et moribus.

Tabula LXXXII. fig. 1. Plantae fructiferae, 2. sterilis naturali magnitudine. 3. caulis pars augm. I. fig. 4. folia augm. II. fig. 5. apex folii augm. IV. fig. 6. perichaetium, 7. eius folium interius, 8. vaginula augm. I. Fig. 9. theca, 10. calyptra augm. II. Fig. 11. thecae apex, 12. peristomii externi dentes 2, augm. IV.

** *Setis exsertis.*

b. *foliis binervibus.*

20. SCABRISETA, subramosa, foliis distichis lato-lanceolatis subdimidiatis binervibus dentatis, seta exserta scaberrima. Tab. LXXXII.

In arboribus Guianae lectam dedit cl. Richard. 4.

Radix per caulem fasciculatim sparsa, capillacea. *Caulis* repens: ramis subsimplicibus erectis, unciam longis. *Folia* basi semiamplexicaulia, deinde disticha et verticalia, lato-lanceolata, grosse dentata, basi concava, inde plana, pallide viridia; per trigas quasi coordinata ita, ut in singula triga adsit folium alterum aequale (fig. 5.), alterum subdimidiatum (4) et tertium falcatum: nervus in omnibus duplex, brevissimus, sextam folii partem emetiens, rufus: reticuli areolae tenues, oblongae. *Flores* monoeci, mediae ramorum parti adnati: *masculi* oblongi, foliis quadruplo breviores. *Folia perichaetii* 6—8,

lanceolata, obtusiuscula, integerrima, enervia, pellucentissima, albida, reticulo valde laxo. *Antherae* octo, oblongae, fuscae, aut luteae. *Paraphyses* paucae, filiformes, antheris aequales, tenerrimae, albidae. *Feminei floris folia* lanceolata; intima lanceolato-acuminata, angusta, pallida. *Pistilla* et *paraphyses* ut in masculo. *Vaginula* oblonga, thecae longitudine aequalis, luteo-brunnea, laevis. *Seta* fere uncialis, erecta, punctis squamulisque scabra, ferrugineo-brunnea. *Theca* cylindrica, aequalis, laevis, paulum inclinata, brunnea. *Peristomii* externi dentes lineares, trabeculis quasi nodosi, thecae concolores, intus membrana lutescente, ipsis latiori, vestiti, erecti: *interni dentes* illis interpositi, iisque longitudine et latitudine aequales, e duplici arcolarum serie conflati, basi media fissi, lutescentes. *Calyptra* campanulata, integra, aliquot paleis solutis scabra, straminea.

Tab. LXXXII. fig. 1. Plantae naturali magnitudine. fig. 2. rami pars augm. o. Fig. 3. 4. 5. folia caulis augm. II. fig. 6. unius apex augm. IV. Fig. 7. setae pars, 8. calyptra augm. I. Fig. 9. peristomii pars, in cuius altera portione resecti sunt interni, in altera externi dentes; augm. IV. Fig. 10. peristomii externi, 11. interni dens augm. V.

† DENTICULATA, caule erecto, subsimplici; foliis ovatis obtusis, marginibus dentato-spinosis. Palis. Beauv. Aetheog. p. 82. sub Pilotricho.

Insula Franciae. ♃

†† FLACCIDA, caule prostrato filiformi subsimplici, foliis spar-

sis laxis, siccitate flaccido-contorquescentibus ovato-lanceolatis obtusis, nervo inaequaliter bifurco evanido. Brid. muscol. suppl. 2. p. 37.

America septentrionalis.

21. POLYTRICHOIDES simpliciuscula erecta, foliis ovato-lanceolatis flexuosis patulis semibinervibus, setis brevibus exsertis. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1794. Spec. musc. p. 244. t. 61. f. 7. 8. sub hypno.

Ad ramos arborum et fruticum, et saxa in montibus Iamaicae, Hispaniolae. ♃.

„Flores monoeci axillares. Folia perichaetii minuta, lanceolata acuta, apice serrulata. *Setae* foliis fere breviores, trilineares, solitariae, rubrae. *Theca* oblonga, recta. *Calyptra* conico-subulata, pilosa: pilis sursum curvis. *Operculum* convexum, apice subulato erecto. *Peristomii externi dentes* 16., lineari-lanceolati, inflectentes, rubri: *interni* 16., angusti, erecti, pallidi; *calyptra* pilosa." Swartz.

† BIDUCTULOSA, caule ramoso erecto, ramis inordinate pinnatis; foliis ovato-lanceolatis, longe acuminatis, serrulatis; nervis duobus ante apicem evanescentibus notatis: pyxidibus obovatis nutantibus, tubo mediocri arcuato. *Palisot* Beauv. Aetheog. p. 82. sub Pilotricho.

Patria ignota. ♃.

Species valde singularis.

22. COMPOSITA, caule subpinnato, foliis imbricatis ovato-lanceolatis binervibus bistriatis, seta erecta, calyptra pilosa.

Hedw. sp. musc. p. 203. t. 46. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1792.

β, var. foliis longioribus, ramis flavescentibus.

Ad truncos arborum in silvis Iamaicae interioris; β, in Dominica insula lectam dedit cl. Thouin. ♃.

23. BIPINNATA, bipinnata, foliis imbricatis ovatis binervibus, setis recurvis, operculo conico-subulato, calyptra subpilosa. Tab. LXXXIII.

In arboribus Guyanae legit cl. Richard. ♃.

Radix exigua, basilaris. *Caulis* probabiliter pendulus, 4 uncialis, bipinnatus: ramis alternis, distichis, pinnatis, interiectis in basi caulis aliis simplicissimis brevissimisque. *Folia* ovata, breviter acuminata, concava, acumine brevi obtusiusculo, subreflexo, madore et siccitate imbricata, subdenticulata, pallide e luteo virentia: nervis duobus crassis, basi approximatis, deinde arcuato-divaricatis, ad marginem folii infra apicem aut penetrantia aut non attingentia, dorso in gibbos duos prominula: reticuli areolis seriatis, tenerrimis et in madido folio a prona facie vix, a supina paullulum conspicuis, subrotundis, seriatis. *Folia* caulina paullo longiora et magis acuminata, quam ramea. *Flores* in caule et primariis ramis sparsi, hermaphroditi, gemmiformes, ferrugineo-fusci, copiosi. *Perichaetii* folia circiter 16., caulinis similia sed angustiora, ut altius penetraveris, et nervis minus conspicuis, intima nullis, lutescentia. *Antherae* sedecim, oblongae, cylindricae, curvulae, luteae. *Pistilla* octo, ferruginea. *Paraphyses* genitalibus copiosiores, et dimidio maiores, filiformes, articulis oblongis, al-

bidae. *Vaginula* ovata, coriacea, recta, theca longior, ferruginea. *Setae* copiosae, sparsae, quatuor lineas longae, recurvae, arcuatae, siccitate tortiles, rufae. *Theca* cylindrica, aequalis, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, theca dimidio breviores, subtiliter trabiculati, siccitate inter dentes interiores arcuato-inflexi: *interni dentes* lanceolato-lineares, solidi, duplici areolarum serie compositi, erecto-conniventes, albidi. *Operculum* thecae longitudini aequale, medietate sua conicum, inde cuspidem subulatam formans, rufescens. *Calyptra* subulata, pilis aliquot erectis adspersa, basi lacera, pallide straminea.

Differt N. *composita*, caule brevi, spisse et simpliciter pinnato, foliis paullo angustioribus, extra nervos bistriatis, reticulo crassiori valde conspicuo, vaginula curva, operculo conico breviori, calyptra dense pilosa. Florem monoecum in tanto discrimine vix memorandum censeam.

Tab. LXXXIII. Fig. 1. Planta naturali magnitudine. Fig. 2. 3. Fructus situ varii cum parte caulis. Fig. 4. Folia, augm. II. et 5. apices foliorum augm. IV. quorum singulorum duo ita positi sunt, ut gibbus dorsalis nervi alterius conspiciatur. Fig. 6. Folium perichaetii medium, 7. vaginula, 8. calyptra augm. II. Fig. 9. peristomii externi, 10. huius dens exsiccatione se intus curvaturus et interni dentes quatuor augm. IV.

* * *

Neckera *viticulosoides*, caule erecto ramoso; foliis lineari-

lanceolatis recurvis apice serrulatis, costâ integrâ notatis, floribus terminalibus Palisot Beauvois Aetheog. p. 78. videtur Trichostomum.

Neckera *sericea* Brid. muscol suppl. II. p. 40. a Neckeris generice differt: non enim cilia dentibus peristomii intersunt, sed peristomium simplex est, dentes autem e duplici membrana, altera coriacea, altera membranacea componuntur, ita ut, si interior tenera membrana senio, nimia iuventute aut observatoris quadam violentia ab exteriore secesserit, fieri possit, ut dentibus membranacei quid interpositum esse videatur. Huius interioris membranae vestigia expressit accuratus iconographus Ludwig in icone peristomii pterogonii *repentis*, quod huius Neckerae simulatae verum nomen est.

Neckera *decipiens* Web. Mohr. crypt. germ. p. 241. parî structura, in peristomio simplici utitur, et hoc quidem peculiare habet, quod plerumque externa membrana operculo detruso aufertur et interna sola sub dentium albidorum membranaceorum forma remanet; sed ubi theca perfecte adolevit, dentes peristomii extus coriacei trabiculati brunnei, intus membranacei albidi sunt. Haec Neckera *decipiens* est pterogonium et quidem ipsissimum pt. *filiforme*, nam folia, quae abruptinervia dicunt autores illi, non vere nervum, sed quandoque plicam nervi aemulam, et saepius hanc ipsam nullam habent. Hanc observationem non solum in ipso, a Mohrio palpato, caespite Flörkiano, sed in planta synonyma ad lapides alpium Austriacarum frequenter lecta, et in vulgari Sudetico, Franconicoque pterogonio *filiformi* repetii.

L E S K E A.

Peristomium duplex: *externum* dentibus sedecim, acutis: *internum* membranaceum, fissum: *dentibus* aequalibus 16.

Flores masculi gemmacei, axillares.

† *Seta hirta.*

1. CRISTATA, subramosa erecta, foliis distichis heteromallis, theca pendula e seta hirta. Spec. musc. p. 211. t. 49.

Insulae australes. ♃.

† *Setis glabris.*

* foliis distichis stipulatis.

2. FILICULAEFORMIS, caule dendroide, foliis distichis ovato-lanceolatis planiusculis stipulisque integerrimis enervibus, setis aggregatis. Spec. musc. p. 212. t. 50.

Insulae australes. ♃.

3. ROTULATA, caule dendroide, foliis distichis ovati sapice serratis ruptinervibus, stipulis integerrimis, thecis basi rugosis. Spec. musc. p. 213. t. 51.

Insulae australes. ♃.

4. PENNATA, repens ramis subsimplicibus erectis, foliis verticalibus ovato-lanceolatis subdimidiatis stipulisque serratis, thecis erectis. Billard. Nov. Holl. 2. p. 196. t. 253. f. 1.

Anoectangium *bulbosum.* Spec. musc. p. 43. t. 6.

Hookeria *pennata* Smith. in act. soc. Linn. Lond. 9. p. 277.

In Australasiae silvis umbrosis lectam communicavit La Billardiere. ♃.

† QUADRIFARIA, foliis quadrifariis obovatis subintegerrimis uninervibus (ruptinervibus): intermediis utrinque brevioribus appressis. Smith in act. soc. Linn. Lond. 9. p. 277. sub Hookeria.

In Nova Seelandia, Dusky Bay. ♃.

Similis Hypno *microcarpo.*

** foliis distichis.

5. NOVAE HOLLANDIAE, caule erecto simplici, foliis distichis oblongis cuspidatis, seta longa radicali. Tab. LXXXIII.

Hypnum *fissidentoides,* trunco erecto simplicissimo, foliis alternis distichis ovato-lanceolatis, perichaetialibus longissimis, capsulae oblongo-cylindricae nutantis operculo curvirostro. Brid. muscol. suppl. 2. p. 89. exclusis operculi mentione et synonymo hypno *disticho* Swartzii.

Fissidens *Novae Hollandiae.* Brid. muscol. II. 1. p. 143. tab. 6. f. 4.

In Novo Belgio lectam communicavit La Billardiere. ♃.

Radix basilaris fibrillosa. *Caules* steriles gregarie radicibus implexi, unciales et sesquiunciales, simplices, erectiusculi basi subnudi, apice foliosi, rufi; fructiferi brevissimi. *Folia* alterna, amplexicaulia, inferiora ovata mucronata, equitantia; superiora disticha, verticalia, oblongo-lanceolata apice subtribus dentibus utrinque ornata, iuniora toto fere margine dentata, pallide viridia: nervo crasso, ferrugineo, cuspidem octavae folii parti aequalem formante: reticuli areolis subrotundis, ubique aequalibus, subtilissimis, subseriatis. *Flores* probabiliter dioeci: *masculus* in toto caespite inter viginti femineos nullus aderat. *Flos femineus* in brevissimo vix palpabili caule solitarius, gemmiformis, ovato-acuminatus, foliis interioribus exstantibus. *Folia perichaetii* duodecim: exteriora ovato-acuminata, seminervia, interiora e lato lanceolato subulata, enervia: areolis laxis subrhombeis, contiguis, e fusco lutea. *Pistilla* quatuordecim, in floribus depauperatis quatuor, oblongo-linearia, fusca. *Paraphyses* copiosae, filiformes, pistillis longiores, articulis subsenis filiformibus, aetate saepe alternae compressae, luteae. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* uncialis, erecta, subflexuosa, apice paulum curvata, tenera, tortilis, luteo-brunnea. *Theca* ascendens, recta, cylindrica, laevis, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, trabiculati, solidi, apice inflexi, luteo-brunnei: *interioris* membrana exteriori pro tripla parte brevior, aequaliter reticulata, non sulcata, dentibus geminatis, exiguis, uno post alterum nec iuxta eum, ut mos est, positis, lutescens. *Annulum* et *Operculum* non vidi. *Calyptra* subulata, angusta, laevis, glabra, e fusco brunnea.

Differt ab hypno *distichio* charactere generico, folii nervo cuspidem efficiente nec ante apicem evanido, colore pallide viridi et statura minori.

Tab. LXXXIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis sterilis a prona, 3. eius pars a supina facie augm. o. Fig. 4. folia augm. II. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. planta florigera cum perichaetio et calyptra, fig. 7. folium perichaetii augm. I. Fig. 8. theca augm. II. Fig. 9. peristomii externi dentes duo, 10. interni dimidia pars augm. IV.

6. ALBICANS theca horizontali, operculo rostrato. Spec. musc. p. 218. t. 54. Brid. muscol. suppl. 2. p. 52.

Racopilum *Aubertii*, caule decumbente ramoso, ramis brevibus remotis, foliis ovatis subdistichis ecostatis obtusis longe acuminatis. Pal. Beauv. Prodr. p. 37. Bridel. suppl. muscolog. II. p. 28. sub Neckera.

In insula Borboniae lectam communicavit Aubert Du Petit Thouars, Americana specimina Swartz. ♃.

Caulis tenuis, decumbens, ramis remotis, simplicibus. *Folia* sparsa, remotiuscula, quasi bifariam patentia, varie flexa et curvata, oblonga, obtusa cum acumine quintam folii partem aequante, obiter dentata, margine inaequali, hic illic subsinuato: substantia tenera, areolis magnis, subhexagonis, eiusdem magnitudinis in omni folii parte, pellucida instar sphagnorum, pallide viridia: nervi duo crassi, recti, versus apicem evanescentes, lutescentes. *Flores monoeci* in caule primario mixti:

masculi oblongi, caulinis foliis dimidio breviores, foliis tenerrimis ita ut antherae pelluceant, perichaetio suo duplo breviores. *Folia perichaetii* sex, ovato-acuminata, enervia, tenerrima et ita pellucida, ut aegre palpari possint, reticulo laxo, viridi-alba, interiora paullo maiora. *Antherae* decem, ovatae, turgidae, curvulae, e brunneo luteae. *Paraphyses* tenerrimae et vix perceptibiles. *Perichaetii feminei* folia angustiora et paullo minora, acumine latiore evidentius dentato. *Paraphyses* filiformes. *Vaginula* cylindrica, ampla, longitudine thecae, brunnea. *Seta* erecta, siccitate parum tortilis, vix uncialis. *Theca* ovato-oblonga aequalis laevis, ad horizontem flexa, rufo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, fissura a basi ad medium mentiente linea exarati, thecae concolores; interni membrana istis aequalis, semibifida lutescens dentibus simplici ordine areolarum reticuli. *Operculum* e conico subulatum, thecae subaequale et concolor, rectum. *Calyptra* campanulata, mucronata, integra, basi lacera, laevis, glabra, e luteo brunnea; in nostris speciminibus erecta.

7. COMPLANATA, decumbens: ramis pinnatis apice filamentosis, foliis distichis oblongis acutis rectis, thecis erectis. Spec. musc. p. 231.

Ad arborum, fagorum, abietum truncos, rarius ad rupes calcareas. Vere fructificans; in omni Europa. ♃.

8. TRICHOMANOIDES, decumbens: ramis vagis ascendentibus foliisque incurvis, distichis oblongis obtusis seminervibus. Spec. musc. p. 231.

Ad arborum truncorum bases in silvis in omni Europa frequens, hieme fructifera. ♃.

† FLABELLATA caule erecto, ramis sparsis pinnatis, foliis undique imbricatis muticis distichis (ruptinervibus) complanatis apice serratis. Smith. Act. soc. Linn. Lond. 9. p. 280. t. 23. f. 2. sub Hookeria.

India occidentalis. ♃.

*** foliis bifariam imbricatis, (ramis compressis.)

9. LUCENS, procumbens ramosa, foliis bifariam imbricatis ovatis enervibus integerrimis, theca horizontali, operculo longirostri. Tab. LXXXIV.

Leskea *lucens* Decandolle flor. Gall. 2. p. 513.

Hypnum lucens Linn. — Spec. musc. p. 243.

Hookeria *lucens* Smith. act. soc. Linn. Lond. 9. p. 276.

In fossis et rivulis regionum montosarum Europae, rarius fructifera, aestate et vere matura. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* procumbens, uncias 2—4 longus, depressus: ramis aliquot subsimplicibus. *Folia* sparsa, quasi in quatuor ordines digesta, bifariam imbricata, ovato-subrotunda, plana, tenera, integerrima, pallide viridia: enervia: reticuli areolis laxis, praegrandibus, hexagonis. *Flores* monoeci, ad latera caulis, foliis quintuplo minores, oblongi, virides: *masculorum* folia decem, ovata, vel ovato-acuminata. *Antherae* paucae, turgidae, oblongae, virides. *Paraphyses* copiosae, antheris longiores, subclavatae, articulis superioribus

praelongis, pallidissimae. *Feminei perichaetii folia* 12, ovato-acuminata; interiora lanceolata. *Paraphyses* ut in masculis. *Pistilla* pauca. *Vaginula* vix solubilis, cylindrica, virens. *Seta* uncia paullo longior, ascendens, flexuosa, apice incurva, crassa, siccitate quasi angulosa, brunnea. *Theca* ovata, aequalis, horizontalis, fusca. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, subtilissime trabiculati, fusco-lutei: *interni membrana* crassa, lutescens, areolarum non dentiferarum seriebus solitariis vel geminis: *dentes* lanceolato-acuminati, lacunis subtribus medio denti, nec ad eius basin innatis. *Operculum* conico-rostratum, rectum, thecae aequale et concolor. *Calyptra* campanulata, thecam dimidiam operiens, integra, vix basi leviter fissa, lutescens, apice subulato, fusco.

Sedulo et saepenumero hoc peristomium examinavimus et nunquam cilia, quae Weberus, Mohrius et Bridelius describunt, offendimus.

Hookeriae Smithianae character nititur calyptra campanulata, quae pluribus Leskeis, Neckeris et Hypnis, quoad caeteras notas diversissimis, communis est.

Tab. LXXXIV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. o. Fig. 3. folia augm. I. Fig. 4. perichaetium, 5. vaginula augm. o. Fig. 6. perichaetii folium interius augm. I. Fig. 7. theca augm. o. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni quadrans augm. IV. Fig. 10. calyptra augm. I.

10. UNDATA, ascendens ramosa, foliis bifariam imbricatis lan-

ceolato-acuminatis binervibus crispis, operculis conicis. Spec. musc. p. 214. t. 52.

Iamaica.

11. DEPRESSA, repens foliis bifariam imbricatis ovatis serrulatis binervibus, theca nutante, operculo conico obtuso apice albo. Spec. musc. p. 215. t. 54. Brid. muscol. suppl. 2. p. 52.

Iamaica. ♃.

12. COMPRESSA, decumbens disticha, foliis bifariam imbricatis lanceolatis enervibus, theca erecta, operculo conico. Spec. musc. p. 232. t. 56.

In Pensilvania ad arbores. ♃.

13. CAESPITOSA, erectiuscula, subsimplex, foliis bifariam imbricatis lanceolatis enervibus, theca erecta, operculo longirostri. Spec. musc. p. 233. t. 49.

Iamaica. ♃.

14. PUNGENS, erecta subramosa: ramis apice cuspidatis, foliis bifariam patulis enervibus cordato-lanceolatis, operculo longirostri. Spec. musc. p. 237. t. 60. sub Hypno. Swartz. Fl. Ind. occ. 3. p. 1806. *

Iamaica, Swartz. Desvaux. ♃.

† SUBPINNATA, procumbens: ramis pinnatis simplicibus compositisque, foliis bifariam imbricatis ovato-lanceolatis enervibus, theca erecta obovata, operculo longirostri. Brid. muscol. suppl. 2. p. 54.

Hispaniola ad arbores. ♃.

15. ADNATA, ascendens, foliis bifariam patulis lanceolato-acuminatis enervibus integerrimis, theca pyriformi nutante, operculo praelongo. Michaux flor. boreali-am. 2. p. 311. Brid. suppl. muscol. 2. p. 56. Tab. nostra. LXXXIV.

Leskea *microcarpa*. Brid. suppl. muscol. 2. p. 73. Comparatis speciminibus.

In Carolina et in insula Sanctae Crucis ad truncos putridos lectas communicavere Richard et Ludwigius. ♃.

Caulis repens, radicans, divisus, uncialis aut biuncialis. *Rami* vagi ascendentes. *Folia* remotiuscula, vaga, subpatentia, lanceolato-acuminata, concava, integerrima, pallida: enervia; areolis reticuli subquadratis contiguis. *Flores* monoeci: masculi folio caulino duplo minores, ovati, rufescentes. *Folia perichaetii* 12. ovata acuminata, integerrima, enervia. *Antherae* 12, ovatae, albidae aut lutescentes. *Paraphyses* vidi nullas. *Folia perichaetii feminei* ex ovato acuminata, dentata; exteriora caulinis minora; interiora istis aequalia: omnium areolae reticuli oblongae. *Vaginula* subcylindrica, perichaetio vix dimidio minor. *Seta* erecta, apice parum curvata, siccitate tortilis, pollicis tertiam partem emetiens. *Theca* recta, pyriformis, collo brevi, contracto, ex incurvato setae apice subnutans, brunnea. *Peristomii externi dentes* erecti, apice incurvi, lanceolato-subulati, a basi ultra medium bipartiti, sed apice simplices, crassi, trabibus validis parum conspicuis, basi brunnei, apice lutescentes. *Peristomii interni*, externo triente brevioris, membrana basilaris erecta, tenuissima et subtiliter reticulata: *dentes*

simplices, una cellularum serie compositi. *Operculum* conico-subulatum, subcurvatum, theca paulum longius, basi rubens, apice flavescens, provectiori aetate thecae concolor.

Fructus minor quam in plurimis muscis, ipso phasco *nitido.*

Tab. LXXXIV. Fig. 1. Planta naturali magnitudine. Fig. 2. Pars caulis augm. II. Fig. 3. Folia caulina augm. III. Fig. 4. Apex folii augm. IV. Fig. 5. folium perichaetii, et 6. vaginula augm. III. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni pars augm. IV.

16. INVOLVENS, repens capillaris: ramis erectis, foliis bifariam patentibus ovatis acutis ruptinervibus tortilibus, thecis inaequalibus, Spec. musc. p. 231. Stirp. crypt. 4. p. 27. t. 11. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1815.

In truncis Iamaicae *montosae.* ♃.

17. MOLLIS, pendula: ramis subpinnatis brevibus, foliis bifariam imbricatis spathulato-lanceolatis enervibus, perichaetio setam subaequante. Spec. musc. p. 234. Stirp. crypt. p. 103. t. 40.

Nova Seelandia. ♃.

**** foliis undique imbricatis.

18. FLEXILIS, longissima flexuosa pendula: ramis brevibus teretibus, foliis obovatis acutis concavis enervibus. Spec. musc. p. 234. t. 58. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1830. sub hypno.

In montibus summis Iamaicae et in insulis australibus. ♃.

† ARBUSCULA, caule erecto, ramis sparsis pinnatis, foliis undique imbricatis concavis muticis integerrimis. Smith. act. soc. Linn. Lond. 9. p. 280. t. 23. f. 3. sub Hookeria. Nova Seelandia. ♃.

19. ACUMINATA, repens, ramis brevibus erectiusculis, foliis imbricatis lanceolato-acuminatis seminervibus bistriatis, theca erecta, operculo oblique conico. Spec. musc. p. 224. t. 56. f. 14—18.

Ad arborum truncos in Pensilvania. ♃.

20. IMBRICATULA, repens, ramis erectis, foliis imbricatis ovato-acuminatis ruptinervibus subbistriatis, theca erecta, operculo conico. Spec. musc. p. 224. t. 52.

Ad ligna putrida Pensilvaniae, Septembri matura. ♃.

Perichaetii feminei folia oblonga, mucronata, enervia.

21. RUPICOLA, repens, ramis erectis, foliis imbricatis lato-lanceolatis laevibus ruptinervibus, theca erecta, operculo rostrato. Spec. musc. p. 227. t. 54.

In rupibus Pensilvaniae. ♃.

Perichaetii feminei folia e triangulari ovata, mucrone longo capillaceo, enervia.

21. ROSTRATA, ramis erectis fasciculatis fastigiatis, foliis imbricatis lanceolato-acuminatis ruptinervibus aetate flavescentibus, operculo rostrato. Spec. musc. p. 226. t. 55.

Hypnum *caturum;* caule repente ramoso; ramis simplicibus divisisque, oblongis, teretibus, apice attenuatis, floriferis; pyxidibus ovato-oblongis. Palisot B. aetheog. p. 62.

Hypnum *desmiphorum;* caule surculoque repentibus, ramosis; ramulis subsimplicibus, apice surculorum confertis, subfasciculatis; foliis laxe imbricatis ovato-lanceolatis subpiliferis; perichaetialibus apiculo longo et capillaceo acuminatis. Palisot. aeth. p. 63.

Hypnum *flavens* hb. Michaux.

Hypnum iulaceum erectum, bryi argentei habitu Dillen. musc. p. 322. t. 41. f. 58? quod dicitur hypnum *bryiforme* a Bridelio, musc. suppl. 2. p. 151.

In Pensilvania et Carolina legerunt Bosc, Michaux, Palisot Beauvois, Mühlenberg, hic ad truncos mense Decembri. ɣ.

Folia amoene viridia, aetate flavescunt.

23. FASCICULOSA, repens ramis fasciculatis, foliis imbricatis ruptinervibus cordatis denticulatis, theca operculoque incurva. Spec. musc. p. 217. t. 54.

Ad terram humosam Pensilvaniae, Decembri. ɣ.

Folia flavescentia, cordata, obtusiuscula, absque striis: nervo ad apicem evanescente, plica saepe cincto.

† MINUTULA, repens: ramis confertis seta brevioribus, foliis imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis ductulosis, thecâ erectâ obovatâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 69.

Ad arbores in Hispaniola. ♃.

24. OBSCURA, procumbens subpinnata, foliis imbricatis ovato-lanceolatis obtusiusculis pellucidis, theca erecta, operculo conico. Spec. musc. p. 223. t. 57.

Ad arborum truncos in Pensilvania.

25. GRACILESCENS, decumbens subpinnata, foliis laxe imbricatis ovato-lanceolatis acutis opacis, theca erecta, operculo conico. Spec. musc. p. 222. t. 56.

Ad terram in Pensilvania, interdum inter Porellam. ♃.

Foliorum substantia obesa, areolae reticuli subrotundi vix perspicui, color lurido-viridis.

***** foliis secundis.

26. POLYCARPA, decumbens subbipinnata tenera, foliis subsecundis ovato-lanceolatis solidinervibus, theca recta, operculo conico. Spec. musc. p. 225.

Hypnum *medium* surculis repentibus ramosis, foliis lato-lanceolatis acutis imbricato-patulis, capsulis erectis cylindraceis ciliatis. Dickson fascic. 2. p. 12. Smith. flor. Britann. 3. p. 1280.

Hypnum trichodes, capsulis oblongis in setis brevioribus. Dillen. musc. p. 331. auctoribus Smithio et Turnero. Bridelius sub hypno suo *trichode* suppl. 2. p. 237. negat plantam Dillenii esse hanc Leskeam, sed neque ille, neque Angli specimina Dillenii ipsa viderunt.

Ad truncos arborum in siccis, hieme et vere fructifera. ♃.

Folia obesa, lurida, vel flavescentia, minus pellucida, interdum una vel altera stria brevi notata.

27. PALUDOSA, decumbens subpinnata, foliis subsecundis ovato-lanceolatis ruptinervibus, thecis cylindricis incurvis. Spec. musc. p. 221. Stirp. crypt. 4. p. 1. t. 1.

Hypnum *inundatum* Dicks. crypt. fasc. 4. p. 17. Smith. flor. Brit. 3. p. 1281.

Hypnum *circinnatum*, caule repente filiformi diviso fasciculatim ramoso, ramulis teretibus subsimplicibus secundis circinnato-arcuatis, foliis dense imbricatis ovato-lanceolatis concavis nervo continuo subintegerrimis, primordialibus apice pilosis. Brid. suppl. musc. 2. p. 148. secundum specimina.

Hypnum heterophyllum aquaticum, polycephalum, repens. Dillen. musc. p. 293. t. 37. f. 27. B.

Ad arborum radices et saxa in inundatis, vere fructifera. ♃.

Folia remotiuscula, magis patentia, tenuiora, pallidiora, quam in *polycarpa* et nervus versus apicem evanescens.

28. ATTENUATA, ascendens: ramis incrassatis aut filamentosis, foliis subsecundis ovatis solidinervibus opacis, theca erecta. Spec. musc. p. 230. Stirp. crypt. p. 33. t. 12.

Hypnum *stoloniferum*; caule repente, surculis ramosis vagis, saepe pinnatifidis stoloniferis: foliis humiditate patentibus; stolonibus longissimis, subsimplicibus foliolis minutis et aristatis tectis. Palisot Aetheog. p. 71. secundum specimina.

Ad truncos arborum in silvis humidis Europae et Pensilvaniae, hieme fructifera. Plantae masculae saepe a foeminеis longe separatae. ♃.

29. INCURVATA, decumbens ramis aduncis, foliis secundis ovato-lanceolatis solidinervibus bistriatis, theca curvula, operculo conico. Spec. musc. p. 216. tab. 53.

β tenuior.

Leskea *incurvata*, δ, *implexa*, Brid. muscol. suppl. 2. p. 81. Hypnum *implexum* muscol. II. 2. p. 150. t. 4. f. 3. auctore Bridelio.

Leskea *brachyclados* Schw. Brid. suppl. 2. p. 81. differt.

Ad rupes alpinas et subalpinas Germaniae orientalis, australis, Helvetiae, Delphinatus frequens, aestate matura. ♃.

Hanc speciem saepe accepi e Suecia et Helvetia sub nomine hypni *atrovirentis* Dicksoni.

† CONSTRICTA, ascendens compressa, foliis subsecundis cordato-subulatis ruptinervibus integerrimis, theca ovata superius constricta. Brid. suppl. 2. p. 79.

In insula Borbonia lectam dedit cl. Aubert du Petit Thouars. ♃.

Caulis biuncialis, basi decumbens et calvescens, apice ascendens, ramis ascendentibus simplicibus uncialibus, subramosis sesquiuncialibus. *Folia* spissa, bifariam imbricata, summa in cuspidem paullo curvatam convoluta, cordata, apice in longum, angustissimum, fere subulatum acumen desinentia, longitudinaliter sed obiter plicata, integerrima, margine paullum undulato, nitentia, luteo-viridia: nervo debili, ultra medium latioris partis folii

evanescente, concolori: areolis reticuli minutis, rhomboidibus. *Flores* hermaphroditi caulinis foliis plus duplo minores, lutei, in caule et ramis. *Folia perichaetii* octo, ovata, acuta, interiora ovato-lanceolata, enervia. *Antherae* octo vel duae, luteae, oblongae, curvulae, filamentis brevibus, sed conspicuis. *Pistilla* totidem aut plura, fusca. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* oblonga, ferrugineo-lutea. *Seta* uncialis, erecta, flexuosa, rufa. *Theca* ovata, erecta, sub ore constricta. *Calyptra* subulata, laevis, straminea:

30. PALLESCENS, repens ramis erectis curvulis, foliis subsecundis lanceolatis enervibus, theca oblongo-ovata, operculo rostrato. Spec. musc. p. 219. t. 55.

In Suecia. ♃.

****** foliis rectis patulis.

31. VARIA, repens, ramis erectis, foliis patulis ovato-lanceolatis solidinervibus integerrimis, theca curvata, operculo conico. Spec. musc. p. 216. t. 53.

Lancastriae in Pensilvania. ♃.

Perichaetii folia nervo instructa.

32. CAPILLARIS, repens, ramis erectis, foliis patentibus lanceolatis enervibus, theca suberecta, operculo curvirostri. Spec. musc. p. 222. Stirp. crypt. 4. p. 25. t. 10. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1813.

In truncis arborum Iamaicae interioris. ♃.

33. EXILIS, caule subpinnato repente foliis imbricatis ovato-acuminatis subsolidinervibus bistriatis, theca erecta, operculo conico. Tab. LXXXV.

Leskea *Frölichii* caule repente subdiviso, ramis simplicibus confertis erectis teretibus filiformibus, foliis imbricatis ap-

pressis ovato-acuminatis mediotenus ductulosis, capsulae oblongae subcernuae operculo convexo subconico. Brid. muscol. suppl. 2. p. 70?

Leskea *exilis* Starke MS.

In Silesia ad arborum truncos legit rev. Starke. 4.

Parva. *Radix* capillacea, fasciculata. *Caulis* uncialis aut biuncialis, decumbens et hic illic radices edens, irregulariter pinnatus, ramis interdum subramosis. *Folia* sparsa, subpatentia, ovato-acuminata, obtusiuscula, concava, stria seu plica utrinque folii fere dimidiam partem emetiente, sordide viridia: nervo crasso, proxime ad apicem evanescente, concolori: areolis reticuli subcircularibus, undique aequalibus. *Flores* monoeci: *masculi* ovati, virides. *Perichaetii folia* circiter octo, ovata, acuminata, enervia. *Antherae* sex, oblongae, turgidae, virides. *Paraphyses* nullae. *Feminei floris* perichaetium pallidius, folia duodecim: exteriora ovata, interiora oblongo-acuminata, obtusiuscula, caeterum caulinis simillima et paullo longiora. *Vaginula* oblonga, fuscescens. *Seta* uncia paulo brevior, erecta, siccitate tortilis, rufa. *Theca* erecta, cylindrica, aequalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* vix trabiculati, pallidi; *interni* membrana profunde fissa, dentibus linearibus, obtusiusculis, lutescens. *Operculum* conicum, theca triplo brevius, concolor. *Calyptra* subcampanulata, theca longior, albo-lutescens.

Simillima Leskeae *subtili*, sed nervi praesentia et foliis minus pellucidis, colore obscure viridi diversa, similior Pterogonio *striato*.

Tab. LXXXV. fig. 1. Plantae naturali magnitudine. 2. caulis pars augm. o. Fig. 3. folia caulina augm. IV. Fig. 4. folium perichaetii interius augm. III. Fig. 5. vaginula augm. II. Fig. 6. peristomii externi, 7. interni pars augm. IV. Fig. 8. Calyptra augm. o.

34. SUBTILIS, repens: ramis erectis, foliis subpatulis remotiusculis enervibus, theca recta, operculo conico. Spec. musc. p. 221. Stirp. crypt. 4. p. 29. t. 9.

Ad radices arborum in silvis et nemoribus regionum calcarearum Europae et in humosis alpium, hieme et vere fructifera. ♃.

35. SUBENERVIS, decumbens, ramis apice curvatis, foliis patulis ovatis obtusis subseminervibus. Tab. LXXXV.

In Tyrolis australis montibus legit D. Lehmann, Danus. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* biuncialis, tenellus, vage ramosus, ramis simplicibus vel subramosis, patulis, apice praesertim siccitate incurvis. *Folia* sparsa, patentia, minus densa, oblonga, vel ovata, obtusa, vel subrotundo-ovata, integerrima, e plano concava, sordide viridia: nervo parum conspicuo, dimidium folium aequante aut breviori, plicam aemulante, concolori: reticuli areolis subrotundis, laxis et valde conspicuis; sub microscopio enim composito color pallide aut lutescenti-virens, substantia mollis et obesa apparet, quod non ita se habet adhibita lente vitrea simplici. *Flores* cauligeni, monoeci, virentes: *masculi* foliis triplo minores: folia, ovata, acuta, enervia, duodecim. *Antherae* sex vel octo virides, foliis

intimis, parum minores, oblongae, turgidae, sordide virentes. *Paraphyses* filiformes, autheris paullo maiores, paucae, pallidae. *Flores feminei* foliis caulinis dimidio minores. *Folia* duodecim circiter ovato-oblonga: interiora maturante fructu elongantur, ut caulinis foliis triplo maiora, et perichaetia exinde satis longa fiant. *Pistilla* 4 — 6, rufa. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* oblonga, thecae longitudine, luteo-virens. *Seta* uncia paullo minor, erecta, parum tortilis, rufescens. *Theca* erecta, oblongo-cylindrica, basi coarctata, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* omnes diffracti erant, videntur congenerum similes, subtiliter trabiculati, brunneo-lutei: *interni membrana* profunde fissa, dentes lanceolati. *Operculum* conicum apice rotundatum, lutescens. *Calyptra* latere fissa, glabra, pallide straminea.

Leskeae *capillari* Wahlenberg. fl. Lapp. p. 369. videtur similis.

Tab. LXXXV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars cum floribus femineis, augm. I. Fig. 3. 4. folia augm. II. Fig. 5. apex folii augm. IV. Figura 6. perichaetium femineum augm. I. fig. 7. eius folium exterius, 8. interius, 9. vaginula augm. II. Fig. 10. theca matura, 11. immatura augm. I. Fig. 12. peristomii externi, 13. interni pars augm. IV.

******* foliis strictis erectis, rectis vel subsecundis.

† PULVINATA, procumbens subcapillacea: ramis ascendentibus, foliis ovatis acutis concavis enervibus, thecis oblongis

inaequalibus Wahlenberg. flor. Lappon. p. 369. Locis subhumidis ad radicem et basin truncorum populi in Lapponia Kemensi. ♃.

36. POLYANTHA, ascendens, foliis lato-lanceolatis rectis enervibus, theca oblonga aequali, operculo conico. Spec. musc. p. 229. Stirp. crypt. 4. p. 5. t. 2.

Hypnum *filicifolium* Linn. Mant. 2. 310. With. *filiciforme* Huds. flor. Angl. ed. I. 421. Smith. in flor. Brit. 3. p. 1278.

Ad cortices salicum.

37. SETOSA, repens: ramis brevibus erectis, foliis strictis ovato-lanceolatis ruptinervibus bistriatis, theca recta, operculo conico. Spec. musc. p. 220. t. 57.

Ad arbores in Pensilvania.

38. SERICEA, repens: ramis fastigiatis, foliis erectis lanceolatis ruptinervibus bistriatis, theca erecta conico-cylindrica. Spec. musc. p. 223. Stirp. crypt. 4. p. 43. t. 17.

Ad truncos vetustos arborum, in terra et ad rupes in omni Europa et boreali America, vere matura. ♃.

39. RUFESCENS, ascendens subramosa, foliis strictis lanceolato-acuminatis striatis enervibus, theca subcurvata, operculo conico. Tab. LXXXVI.

Hypnum *rufescens*, ramis compressis, foliis pilo aristatis nitentibus, capsulis erectis, operculis conicis. Dicks. fascic. 3.

p. 9. tab. 8. f. 1. Hall. hist. Helvet. n. 1784. Swartz musc. Suec. p. 61. Smith. flor. Brit. 3. p. 1316.

Hypnum *nitens* Linn. iun. et Swartz meth. muscor. auctore ipso Swartzio.

Hypnum *chryseon* Schultes Reise auf den Glockner. t. 2. p. 364. var. minor.

Ad saxa madida vel aprica alpium Germaniae australis, Helvetiae et Europae occident. et australis, aestate fructifera. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* 2 — 5 uncialis, raro semuncialis, basi decumbens, ramis paucis, vagis, erectis aut decumbentibus. *Folia* densa, lanceolato-acuminata, rigida, erecta, integerrima, parum concava, auro nitentia, aut e rufescenti lutea, striis aliquot aut plicis subtilibus exarata: enervia: areolis reticuli oblongis, minutissimis. *Flores* dioeci, saepe fasciculati, rufi: *masculi ovati* foliis sextuplo minores. *Folia perichaetii* octo, ovato-acuminata, rigida, enervia, non striata, rufolutea. *Antherae* totidem oblongae, turgidae, curvulae, pallidae. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, subopacae, rufae, articulis inconspicuis. Unicum exemplum paraphysarum rigidarum, non pellucidarum. *Flores feminei* ovato-acuminati: *folia* 12. interiora longiora. *Pistilla* 8. *Paraphyses* filiformes, pallidiores. *Vaginula* oblonga. *Seta* uncialis, sesquiuncialis aut biuncialis, erecta, subflexuosa, laevis, siccitate parum tortilis, brunnea. *Theca* oblonga, subcurvula, erectiuscula, laevis, brunnea. *Peristomii* externi dentes lanceolato-lineares, interdum apice bifidi, parce trabiculati: *interni* membrana tenerri-

ma, areolis valde irregularibus, varie fissa; *dentes* lanceolati, integri, interdum apice fissura perforati aut bini connati, albidi. *Operculum* conicum, thecae concolor. *Calyptra* subulata, latere fissa, pallide straminea, apice fusco.

Tab. LXXXVI. fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. rami pars augm. o. Fig. 3. folia augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. perichaetium augm. o. 6. Eius folium internum augm. I. Fig. 7. theca augm. o. Fig. 8. peristomium internum. 9. externum augm. IV.

40. CONGESTA, ascendens ramis confertis, apice curvatis, foliis rigidis lanceolato-acuminatis subsecundis striatis, theca incurva, operculo conico. Spec. musc. p. 283. t. 74. sub Hypno. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1809.

Hypnum *aureum*, ramis vagis, foliis dense imbricatis lanceolato-subulatis striatis nitentibus, capsulis longe pedunculatis. La Mark Encyclop. bot. Tom. 3. p. 172.

In insulis Indiae occidentalis ad terram, et in lignis et truncis antiquis Iamaicae interioris. ♃.

41. STRIATA, caule ascendente vago, foliis rigidis lineari-lanceolatis denticulatis subfalcatis binervibus, theca urceolata. Tab. LXXXVI.

In monte sulphurifero Guadelupae legit et denominavit clar. Richard. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* 8 uncias longus, ascendens, paucos et dispersos ramos simplices, apice recurvos, exserens, fuscus. *Folia* densa, lineari-lanceolata, falcata, apice

serrulata, e luteo fuscescentia: nervis duobus subferrugineis, ante apicem evanescentibus et plicis totidem lateralibus, similibus: reticuli areolis minutissimis, vix conspicuis, oblongis, contiguis, seriatis. *Flores* deerant. *Fructus perichaetii folia* exteriora ovata, acuta; interiora ovata, longe acuminata; intima longiora, caulinis concolora. *Vaginula* oblonga, coriacea, theca parum minor, foliorum adnexu tota quanta scabra, ferrugineo-fusca. *Seta* sesquipollicaris, erecta, rigida, siccitate tortilis, ferruginea. *Theca* cylindrica, aequalis, medio contracta, suberecta, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, linea media longitudinali a basi ad medium usque fissi, trabiculati, thecae concolores: *interni* membrana istis aequalis, profunde fissa lutescens: *dentibus* linearibus, solidis, duplici areolarum serie conflatis.

Tab. LXXXVI. fig. 1. Planta naturali magnitudine. fig. 2. Rami pars augm. o; 3. folia augm. I. Fig. 4. folii apex augm. IV. Fig. 5. perichaetium, 6. eius folia, 7. vaginula augm. o. Fig. 8. theca augm. I. fig. 9. peristomii externi, 10. interni pars augm. IV.

* *

Leskea *bulbifera*. Brid. suppl. muscol. 2. p. 61. secundum specimina Frölichiana habet folii nervum in ipso acumine folii evanescentem et non differt a Pterogonio *striato*, pari ratione ut Neckera *sericea* conformis est Pterogonio *repenti*.

HYPNUM.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis, rectis: *interius* membranaceum: dentibus sedecim, interiectis ciliis.

Flores gemmacei, axillares.

* *foliis rectis distichis.*

a) *adiectis stipulis.*

1. TAMARISCI, repens: ramis dendroidibus, foliis distichis stipulisque serrulatis, thecis pendulis basi rugosis. Swartz. flor. Ind. occid. 3. p. 1825. Spec. musc. p. 212. t. 51. sub Leskea.

In truncis arborum inter muscos repens in Iamaica frigidiori, insula Borboniae et Capite bonae spei. ♃.

2. STRUTHIOPTERIS, repens ramis erectis pinnatis, foliis distichis oblongis stipulisque cordatis acuminatis solidinervibus denticulatis.

Legit in insula Borboniae Commerson. ♃.

Hypnum *struthiopteris* caule frondiformi erecto simpliciter pinnato, foliis distichis oblongo-lanceolatis serrulatis, nervo continuo, tegminibus cordato-cuspidatis serrulatis ductulosis. Brid. muscol. suppl. 2. p. 87.

Radix capillacea, totum caulem inferne operiens. *Caulis* repens, biuncialis, aetate calvescens, depresso-planus, fuscus. *Rami* biunciales, erecti, lanceolati, pinnati, ramulis alternis, subaequalibus. *Folia* amplexicaulia, disticha, alterna, explanata, oblonga, acuta, apice rariusculis dentibus, sat conspicuis munita, margine angusto pellucidiore cincta, tenuissima, mollia, albicantia: nervo concolori, in apicem continuato: reticuli areolis minimis, ubique aequalibus, rotundis. *Stipulae*, cuiusque folii basin tegentes, solitariae, raro geminae, una serie caulem, nec vero appresse, operientes, e cordato longe acuminatae, dentibus et nervo foliorum aemulae. Stipulae caulem inferne, foliorum bases, postice rotundatae, imbricatim sibi incumbentes superne tegunt. Flores et fructus desunt.

Habitus fere Iungermanniae et situs foliorum amplexicaulis, sed structura et nervus foliorum hypnis similior est.

3. TOMENTOSUM, repens: ramis erectis, foliis distichis ovato-lanceolatis serratis cuspidatis, stipulis mucronatis, operculo brevirostri. Spec. musc. p. 240. stirp. crypt. 4. p. 48. t. 19.

Hypnum *mucronatum;* caule repente, surculis complanatis, erectis, simplicibus divisisque; foliis imbricatis, distichis, lanceolatis, apice mucronatis. Palis. Beauv. Aetheog. p. 66. comparatis speciminibus, ut sequentis synonymi.

Racopilum *muioides;* caule repente ramoso; ramulis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis costâ integrâ superante acuminatis; floribus approximatis longis et crassioribus; calyptra pyxide breviori. Palisot. Beauv. Aetheog. p. 87. Cha-

racter generis Racopili (l. c. p. 36.) nititur calyptra campanulata, peristomio duplici, perichaetio, florum situ hypni.

Lectum est in Iamaica, Domingo, regno Oware Africae. ♃.

Stipularum nervus in cuspidem, stipulae longitudine aequalem, elongatur, nec apice evanescit, ut in icone Hedwigii Stirp. f. 6. pingitur.

* *foliis rectis distichis* b) *exstipulatis.*

4. SPINIFORME, erectum rigidum, foliis distichis lanceolatis serratis solidinervibus, seta radicali, operculo rostrato. Spec. musc. p. 236. Stirp. crypt. 3. p. 59. t. 25.

In America calidiori frequens. ♃.

5. DISTICHUM, simplex erectum, foliis distichis ruptinervibus apice dentatis, seta radicali, operculo curvirostri. Tab. LXXXVII.

Hypnum *distichum*, surculis simplicibus erectis, foliis simpliciter bifariis ovato-lanceolatis, setis radicalibus elongatis, capsula cylindracea, operculo cuspidato recurvo. Swartz in Schrad. diar. bot. tom. IV. p. 179. tab. 3. fig. A. excluso synonymo hypni *novae Hollandiae* Brideliano.

Ad portum obscurum Novae Seelandiae legit Menzies. ♃.

Radix basilaris e fibris ramosis fuscis, iunioribus fuscobrunneis, aliquot fibris in caulem inferiorem ascendens. *Caulis* erectus filicis aut fissidentis instar, basi subcalvus, fuscus, ultra medium foliosus, virens. *Folia* alterna, inferiora remota, ovata, acuminata, amplexicaulia, altius decurrentia; superiora

amplexicaulia, disticha et verticalia, oblonga, plana, apice aliquot maioribus dentibus ornata, laete viridia: nervo crasso, ferrugineo, proxime ad apicem evanescente: reticuli areolis subrotundis, in omni folii parte aequalibus, subseriatis, subtilissimis. *Flores masculos* non habui. *Feminei* ad basin caulis foliiferi sparsi, vel in proprio brevissimo fasciculati, radiculis operti, oblongi, apicibus foliorum superiorum emergentibus, caulinis foliis sextuplo minores, subfusci. *Folia perichaetii* circiter decem: exteriora ovata, subtilissime acuminata, seminervia; interiora e lato-lanceolato longe acuminata, enervia, subfusca: procedente aetate elongata et virescentia. *Pistilla* duodecim, sublinearia, fusca. *Paraphyses* copiosiores et longiores, subtiles, filiformes; articulis oblongis. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* semuncialis, apice deflexa, rigida, parum tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca* ad horizontem versa, cylindrica, aequalis, laevis, e rufo brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculati, solidi, apice incurvi, theca parum pallidiores. *Peristomii interni* membrana externo parum brevior, subtilissime reticulata, pallide lutea: *dentibus* lineari-lanceolatis, solidis: *ciliis* binis trinisve capillaribus. *Fimbriam* non vidi. *Operculum* e conica basi rostratum, rostro recurvo, theca vix dimidio-minus, concolor.

Tab. LXXXVII. Fig. 1. plantae nativa magnitudine. 2. caulis pars superior. Fig. 3. folia augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. perichaetium fructiferum et 6. eius folium interius et fig. 7. theca augm. I. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

6. SILVATICUM, decumbens subramosum stoloniferum, foliis distichis lanceolatis subbinervibus, theca ascendente, operculo brevirostri. Tab. LXXXII.

Hypnum *silvaticum*, surculis subdivisis, foliis simpliciter bifariis. acutis, setis lateralibus, capsula operculo acuminato. Swartz musc. Suec. p. 53. Linn. syst. veg. p. 950.

Hypnum *denticulatum*, *β*, *silvaticum*. Turn. muscol. Hibern. p. 146. t. 12. f. 1.

Hypnum denticulatim pennatum, pinnulis simplicibus rectioribus. Dillen. hist. musc. p. 267. t. 34. f. 6.

In nemoribus ad terram in Europa media minus frequens, vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, per imum caulem sparsa. *Caules* basi repentes, unciales aut biunciales, arcte irretiti, subramosi, apice stolones aphyllos, apice quandoque radicantes et folia gerentes, edens. *Folia* subamplexicaulia, terminalia fere lateri caulis soli innata, disticha, lato-lanceolata, planiuscula, integerrima, tenuia, pallide viridia: nervis binis abbreviatis: reticuli areolis elongatis, parallelis. *Flores* dioeci: *masculi* oblongi, e fusco pallide virentes. *Perichaetii folia* 16. ovata, acuta, enervia, *Antherae* 12, oblongae, turgidae, foliis triplo breviores, e fusco pallide virides. *Paraphyses* circiter totidem filiformes, antheris paullo longiores, albidae. *Feminei* flores longiores, at tenuiores. *Folia* ovato-acuminata, 18, pallidissima, enervia, quaedam seminervia. *Pistilla* 8 — 10, rufo fusca. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* conico-oblonga, ferrugineo-virens. *Seta*

sesquiuncialis, medio cauli innata, erecta, subflexuosa, siccitate tortilis, rufa. *Theca* oblonga, inaequalis, horizontalis, fusco-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, thecae concolores: *interni* membrana minus profunde fissa, areolarum minorum seriebus ternatis, vel semiquadrinatis: *dentes* lanceolati, solidi: *cilia* subterna, filiformia. *Calyptra* subulata, angusta, pallide straminea.

Ab hypno *denticulato* certo distincta species.

Tab. LXXXVII. fig. 1. Plantae stoloniferae et 2. nudae magnitudine naturali. Fig. 3. rami pars augm. o. Fig. 4. folia caulis, 5. perichaetii feminei augm. I. Fig. 6. perichaetium, 7. vaginula, 8. theca augm. o. Fig. 9. peristomii externi, 10. interni pars augm. IV.

7. DENTICULATUM, decumbens, foliis subdistichis lato-lanceolatis enervibus integerrimis, seta basilari, operculo conico. Spec. musc. p. 237. Stirp. crypt. 4. p. 81. t. 31.

Ad truncos putridos in silvis umbrosis omnis Europae frequens, hieme et vere maturum. ♃.

Huius hypni varietas esse dicitur Hypnum *ornithopodioides* Linn. Dillen. t. 34. f. 9. a Turnero muscol. p. 147.

8. SIPHO, repens subsimplex, foliis distichis lanceolato-acuminatis seminervibus integerrimis, theca basi gibba, operculo conico acutissimo.

Hypnum *Sipho;* surculo repente subsimplici; foliis laxis, remotis, subcapillaceis, fere distichis, apice subulatis; pyxi-

dibus siphoniformibus incurvis. Palisot. Beauvois aetheog. p. 70. Brid. muscol. suppl. 2. p. 246.

Hypnum *laxifolium*, caule repente ramosiusculo, foliis laxissime distichis lato-lanceolatis patentissimis serrulatis supra medium ductulosis, capsulâ cernuâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 94.

In Carolina ad ligna putrida a clar. Bosc d'Antic, sagacissimo, lectum vidi in eius, Palisoti, Richardi, Desfontainii herbariis. ♃.

Radix fasciculatim in caule proveniens, capillacea. *Caulis* uncialis aut sesquiuncialis repens, simplex aut ramos paucos, remotos, breves edens. *Folia* dissita, alterna, duobus lateribus: unum vel alterum ad pronam vel supinam superficiem adnata, disticha, patula, recta, lanceolato-acuminata, integerrima, parum concava, viridi-*lutescentia*: nervo concolori, in medio evanescente: areolis reticuli elongatis. *Flores* cauligeni, forte dioeci: feminei folia 10—12, caulinis similia. *Pistilla* 8. *Paraphyses* nullae. *Vaginula* oblonga. *Seta* uncialis, erecta, apice paullum incrassata, siccitate tortilis, rufa. *Theca* oblonga, basi gibbo supra setam protuberante, (ad modum capitis fistularum ex argilla usta, quibus tabaci fumus hauritur, quare non bene Germanice vertit Bridelius: heberförmiges Astmoos,) inaequalis, curvula, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* remote trabiculati, thecae concolores: *interni membrana* areolarum minorum seriebus geminis, lutescens: *dentes* lanceolati, lacunis subtrinis linearibus pertusi: *cilia* solitaria, aut bi-

na, lineari-capillaria. *Operculum* conico-convexum, mucronulo acutissimo, thecae concolori. *Calyptra* angusta, latere fissa, pallide straminea, apice fusco.

A *ripario* simillimo differt theca basi retrorsum supra setam gibba.

** *foliis rectis, bifariam imbricatis (ramis complanatis.)*

a. *nervo duplici.*

9. RIGIDUM, erectum apice ramosum foliis subdistichis remotis ovatis acutis binervibus serratis.

Dedit Thuillier, forte ex America meridionali allatum. ♃.

Radix basilaris et in axillis foliorum infimorum adnata, e fibrillis crassiusculis, ferrugineis. *Caulis* erectus, sesquiuncialis, basi incrassatus, apice in aliquot ramos unciales, distichos divisus. *Folia* amplexicaulia, in tres fere ordines sed irregulariter disposita, caulis lateribus et dorso adnata, directione disticha, obovata cum mucrone, angusto margine cincta, serrata, pallide sicca e lutescente viridia: nervi duo, basi approximati, inde divergentes, dimidio folio breviores, concolores: areolae reticuli ubique aequales, subrotundae.

Posset aliquo modo cum Leskea *albicante* commutari, quae foliorum similem formam habet; sed differt illa caule debili decumbente, foliorum nervis remotis parallelis, reticulo ad splachnorum morem laxo.

10. GUADELUPENSE, decumbens pinnatum, foliis bifariam imbricatis lanceolato-acuminatis binervibus serratis.

Hypnum *Guadalupense*, caule procumbente irregulariter subbipinnato, ramulis compressis, foliis imbricatim distichis subulato-acuminatis acumine longissimo cirrhoso, biductulosis. Brid. suppl. muscol. 2. p. 96.

In Guadelupa lectum misit cl. Bridel. ♃.

Caulis uncialis, aliquoties divisus, ramis pinnatis, ramulis unciae trientem emetientibus, decumbentibus. *Folia* amplexicaulia, magis densa quam affinium, bifariam imbricata, e lanceolato acuminata, acumine longo, flexuoso et fere tortili, argute serrata, tenuia et tenera, pallide viridia: nervis duobus, parallelis, utrique margini propioribus, dimidium folium percurrentes, concolores: areolae reticuli elongatae, seriatae in speciem subtilissimarum striarum.

Neckerae *serrulatae* aliquo modo similis, sed duplo minor.

** *foliis rectis, bifariam imbricatis.*

b. *nervo simplici aut nullo.*

α) *caule pinnato.*

11. TAXIFORME, decumbens pinnatum, foliis amplexicaulibus subdistichis ovato-acuminatis apice obliquo subbinervibus.

Hypnum *taxiforme*, caule procumbente subdiviso simpliciter pinnato viridi, foliis duplicato-distichis ovato-lanceolatis apice inflexis, nervo gemino brevissimo ad basim, pedunculo laevi. Brid. suppl. muscol. 2. p. 93.

Ex Africa acceptum communicavit cl. Bridelius. ♃.

Caulis bi-vel triuncialis, decumbens, debilis, pinnatus, ramis semuncialibus, aequalibus longitudine, alternis. *Folia* amplexicaulia, tribus caulis lateribus adnata, distiche directa, et apicibus supino cauli parum adversa, oblonga, oblique acuminata, apice irregulariter et obliterate dentata, lutescentia: nervo duplici basilari, brevi aut nullo: areolis reticuli angustis, seriatis, ut folia videantur subtilissime striata. *Flores* diclini et quidam forte hermaphroditi, cauligeni, ovati, foliis erectis, caulinorum foliorum fere longitudine. *Folia perichaetii* duodecim aut pauciores, ovato-acuminati, enerves. *Antherae* octo, oblongae, turgidae, lutescentes. *Paraphyses* illis paullo longiores et copiosiores, filiformes, albidae.

12. NIGRICAULE, decumbens pinnatum, foliis amplexicaulibus bifariam imbricatis ex ovato tenuissime acuminatis enervibus integerrimis.

Hypnum *nigricaule*, caule procumbente subdiviso simpliciter pinnato denudato spinuloso nigricante, foliis appresso-patulis distichis ovato-lanceolatis acumine piliformi exfasciculatis, pedunculo laevi. Brid. suppl. muscol. 2. p. 93.

In Sierra Leone lectum dedere Palisot et Bridelius. ♃

Praecedenti simillimum differt: foliis in iuniori ramo circumcirca positis et in cylindrum apice acuminatum conniventibus; foliis ex ovato sensim acuminatis, acumine longo tenuissimo, saepe ad latera flexuoso; colore pallide viridi, nec lutescente.

† PENNAEFORME, surculis pinnatis, ramulis patulis inaequalibus, foliis subtus trifariis. Thunb. Prodr. Fl. Cap. II. p. 175.

In promontorio bonae Spei. ♃.

13. PLANUM, repens pinnatum: foliis bifariam imbricatis ovatis acutis enervibus integerrimis scabris.

Hypnum *planum* caule repente pinnato, ramis distantibus alternis complanatis, foliis distichis ex ovato triquetris acuminatis subexfasciculatis. Brid. muscol. suppl. 2. p. 97.

In Hispaniola ad terram lectum communicavere Persoon et Bridelius. ♃.

Radix per fasciculos in toto caule et ramis sparsos axillares, e fibrillis simplicibus, crassiusculis, ferrugineis. *Caulis* triuncialis, subdivisus, pinnatus, ramulis longitudine aequalibus, semuncialibus, patentibus. *Folia* semi-amplexicaulia, bifariam imbricata, lateralia alterna, carinato-concava, dorsalia planiuscula, late ovata, acuta, vel brevissimo et tenui acumine reflexo instructa, obiter denticulata, scabra, absque nitore, e viridi lutescentia: nervum video nullum: areolae reticuli vix conspicuae, nec seriatae, forte rhombeae. *Flores* monoeci: *masculi* in apice caulis ovati, foliis caulinis dimidio minores, luteo-fusci; *folia perichaetii* decem, ovata, acuta, enervia, antherae paucae, ovatae, turgidae; *paraphyses* nullae. *Feminei perichaetii* folia ovata, interiora ovato-lanceolata. *Vaginula* curvula, theca longior, ferruginea. *Seta* uncialis, tenuis, flavescens. *Theca* horizontalis, breviter ovata, inaequalis, luteo-fusca. *Peristomium* laesum videtur hypni.

Intermedium inter hypnum *Auberti* et *subsimplex*, a quibus differt caule regulariter pinnato et nitoris defectu, praeter characteres armato oculo notabiles.

β, caule vage ramoso.

14. SPLACHNIFOLIUM repens subramosum, foliis bifariam imbricatis lanceolato-subulatis laxissime reticulatis, operculo longirostri.

Hypnum *splachnifolium*, caule subramoso, foliis subdistichis angustis longissime acuminatis vasculoso-reticulatis exfasciculatis, capsulae oblongae cernuae operculo e basi conicâ longirostro. Brid. suppl. muscol. 2. p. 101.

In insula Borboniae lectum vidi in herbario Auberti Du Petit Thouars. ♃.

Radix sparsa, fibrillosa. *Ramus* uncialis, repens, unum vel alterum ramum edens. *Folia* semi-amplexicaulia, bifariam sed laxe imbricata, lanceolata, in tenuissimum acumen elongata, integerrima, tenera, pellucida, viridi-albicantia: enervia: areolis reticuli e rhombeo valde elongatis, magnitudine quae sphagnis est, in acumen ita continuatae, ut binae eius basin efficiant et in apicem extenuentur. *Flores* in toto caule sparsi, rari, oblongi, hermaphroditi. *Folia perichaetii* octo, externa duo caulinis similia sed breviora et minus acuminata, interiora breviter acuminata exterioribus minora, post florescentiam in formam ovato-lanceolatam acuminatam excrescentia. *Antherae* exterius positae, 4—6, ovatae, turgidae, luteae. *Pistilla* octo, medium floris tenentia, ferruginea. *Paraphyses* genitalibus vix plures,

capillares, tenerrimae et oculum fere fugientes. *Vaginula* oblonga, lutea. *Seta* erecta, subflexuosa, rufa. „Theca oblonga, inaequalis, rufo-ferruginea. *Operculum* conico-rostratum, thecae aequale, rectum, basi rufum, apice luteum, e Bridelio.“ *Calyptra* subulata, straminea.

15. SERRULATUM, repens subramosum, foliis subdistichis ovato-lanceolatis seminervibus denticulatis, operculo brevirostri. Spec. musc. p. 238. t. 60.

Ad ligna putrida in silvis Pensilvaniae. ♃.

16. RIPARIUM, repens vage ramosum, foliis distichis ovatis acuminatis ruptinervibus integerrimis, operculo conico. Spec. musc. p. 241. Stirp. crypt. 4. p. 7. t. 5. etc.

Hypnum *longifolium*, surculo repente vage ramoso, ramis alternis depressis, foliis ovato-lanceolatis longissime acuminatis splendentibus integerrimis uninerviis, capsulae arcuatae operculo conico. Schulz flor. Stargard. p. 335.

Hypnum *trichopodium* trunco decumbente ramoso; foliis remotissimis alternis cordato-lanceolatis acuminatis denticulatis ductulosis; pedunculis tenuissimis praelongis, capsulae ovatae incurvatae operculo obtuse conico. Schulz. flor. Stargard. p. 324. est varietas emaciata inter carices misere crescens.

Hypnum *oligophyllum*, caule vago parciusque ramoso, foliis alternis laxissime distichis ovato-lanceolatis acuminatis subintegerrimis nervo ultramedio, capsulae inclinatae operculo conico-mucronato. Brid. suppl. 2. p. 113. Non magis differt.

Hypnum *obscurum*, caule repente vage ramoso, ramis subsimplicibus complanatis, foliis distichis remotiusculis anguste ovato-lanceolatis nervo subcontinuo, capsulâ erectâ ovatâ. Brid. muscol. suppl. 1. p. 116. Comparavi specimen a Bridelio benevole mecum communicatum. In descriptione Bridelii legatur: Pedunculus tres (non: „lineas" sed) unciae quadrantes longus. Nervus foliorum non continuus est.

Ad lapides et asseres pone aquas puriores fluentes aut stagnantes, aestate fructiferum. ♃.

Hypnum *longifolium* differt tantum foliis confertioribus, longissimis, et ramis apice curvatis quae notae inconstantes sunt.

17. RIPARIOIDES, procumbens vage ramosum, foliis bifariam imbricatis ovatis ruptinervibus serratis, operculo rostrato. Spec. musc. p. 242. Stirp. crypt. 4. p. 10. t. 4. Web. et Mohr. crypt. German. p. 326.

Hypnum *ruscifolium*, surculis repentibus ramosis, foliis ovalibus concavis pellucidis, capsulis subrotundis incurvis. Dicks. crypt. fasc. 3. p. 10. Smith. flor. Britann. 3. p. 1292.

Hypnum *rusciforme* Brid. muscol. suppl. 2. p. 190. quod a ruscifolio non differre usu doctus sum.

Hypnum foliis rusciformibus, capsulis subrotundis. Dillen. musc. p. 298. t. 38. f. 31. et tab. 40. f. 44. A. teste Smith.

Hypnum aquaticum prolixum, foliis ovatis. Dillen. musc. p. 298. t. 38. f. 32. et t. 85. f. 20. teste Smith.

Hypnum *prolixum*, surculis ramosis elongatis inferne subnudis, capsulis ovatis ciliatis, setis ascendentibus. Dicks. crypt. fasc. 2. p. 13. Richard in flora boreali Americana 2. p. 319.

Hypnum *Atlanticum* caule repente, ramis confertis simplicibus compositisque longissimis arcuatis, foliis imbricatis homomallis ovatis acutis, perichaetialibus serrulatis, capsulae cernuae operculo rostrato. Brid. muscol. suppl. 2. p. 192. Specimina herbarii Desfontainii e monte Atlante contuli.

Hypnum *inundatum* Brid. l. c.

Hypnum *fontium*, caule fluitante, ramis vagis inaequalibus planiusculis, foliis laxe alternis distichis ovatis acutis subserrulatis nervo continuo. Brid. suppl. musc. 2. p. 116.

Hypnum *speciosum*, caule repente diviso, ramis subunilateralibus, foliis alternis distichis ovatis acutis serratis nervo subcontinuo. Brid. l. c. p. 105. secundum specimina.

In rivulis in regionibus montosis, praecipue calcareis omnis Europae, Teneriffae, borealis Africae et Americae; vere et aestate fructiferum. ♃.

Variat longitudine, caule ramisque basi denudatis, foliis rectis aut homomallis, acutis vel acuminatis: longissimo pedali et capillari caule in hypno *fontium*, cuius nervum folii ad apicem non perdurare video.

Ad hanc speciem et quaedam alia hypna a Bridelio et Webero Mohrioque, cum assensu aut vituperatione, Schraderi sententiae allegantur, quas expressas crediderunt in recensione

operis Brideliani, botanico diario Schraderiano inserta. Hanc recensionem a me factam esse monere debeo, ne aut his, quae in illa dicta sunt, adhaerentes ad Schraderi auctoritatem provocando mecum dimicare velint, aut vitia, quae illic offenderint, Schradero, acutissimo et doctissimo, tribuantur.

† SCATURIGINUM, fluitans pinnatum, foliis bifariam imbricatis ovatis oblique acuminatis enervibus subdenticulatis.

Hypnum *scaturiginum*, caule fluitante simpliciter pinnato, ramis planiusculis, foliis laxis erecto-patulis siccitate crispulis ovato-lanceolatis acumine piliformi serrulatis exfasciculatis. Brid. suppl. musc. 2. p. 117.

In insulae Borboniae rivulis lectum dedit cl. Richard. ♃.

Habitus omnino hypni *fluitantis*, sed caulis apices non adunci et folia enervia. Areolae reticuli rhombeae, elongatae.

18. UNDULATUM, procumbens vage ramosum, foliis bifariam imbricatis ovato-lanceolatis subbinervibus crispis, operculo conico. Spec. musc. p. 242.

In silvis densis acerosis montosis Europae, vere maturum. ♃.

19. MICROCARPON, erectum simpliciusculum, foliis bifariam imbricatis obovatis ruptinervibus integerrimis, thecis oblongis, subaequalibus. Spec. musc. p. 244. t. 69.

In insulis australibus. ♃.

Peristomium nondum exploratum, habitus Leskeae *lucentis* est.

20. DIAPHANUM, ascendens subramosum, foliis bifariam imbricatis ovatis oblique acuminatis enervibus integerrimis. Spec. musc. p. 243. t. 61. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1828. *

In depressis montium Iamaicae, Iungermanniis et Marchantiis intermixtum. ♃.

21. DUPLICATUM, repens ramis simplicissimis, foliis bifariam imbricatis oblongis acutis basi semiduplicatis enervibus integerrimis.

Sterile in insula Dominica lectum habeo. ♃.

Caulis filiformis aphyllus, decumbens, hic illic radicans. Rami erecti biunciales, simplices. *Folia* minus densa, bifariam imbricata, oblonga, acuta, basi duplicata, ad morem Fissidentium, parte vero replicata valde angusta, integerrima, pallide viridia, siccitate rugosa: enervia: areolis reticuli oblongis, subtilibus, et vix conspicuis.

Simillimum hypno *diaphano*, quod vero habet folia non duplicata, acuminata et reticulum valde laxum.

22. MURALE, decumbens, vage ramosum, foliis bifariam imbricatis turgidis ovatis seminervibus integerrimis, operculo rostrato. Hedw. spec. musc. p. 240. et sub *abbreviato* p. 249. t. 45. Stirp. crypt. 4. p. 78. t. 30.

Hypnum *confertum* English botany t. 1038. secundum specimina.

Ad terram in montosis, praesertim calcareis omnis Europae et borealis Americae, hieme fructiferum. ♃.

23. CONFERTUM, repens subpinnatum, foliis bifariam patulis ovato-lanceolatis seminervibus subserrulatis, operculo longirostri. Tab. XC.

Hypnum *confertum*, surculis repentibus, ramis erectis teretibus simplicibus, foliis confertis imbricatis ovato-lanceolatis acutis subserrulatis subenerviis, capsulis cernuis ovatis, operculo rostrato, rostro filiformi incurvo. Dicks. crypt. fasc. 4. p. 17. t. 11. f. 14.

Hypnum *clavellatum* Huds. fl. Angl. 508. — ? Hedwig. spec. musc. p. 282. t. 73. exclusis synonymis Dillenii, Weberi et Linnei, si forte operculum diffractum fuerit.

Hypnum *serrulatum*, caule ramosissimo repente, foliis ovato-lanceolatis acuminatis serratis basi uninervibus, operculo subulato. Turn. muscol. Hibern. p. 148. excluso synonymo Hedwigii.

In Lusitania ad arborum cortices lectum misit Prof. Link, in Saxoniae metalliferae oppido Bockau ad lapidem muri umbrosi et ad truncos vetustos primum Bock S. M. C., acutissimus observator, Octobri maturum. ♃.

Radix capillacea, in caule fasciculatim proveniens. *Caulis* repens, subpinnatus, ramis subsimplicibus, decumbentibus. *Folia* minus densa, sparsa, bifariam directa nec vero arctius imbricata, subpatentia, ovato-lanceolata, basi concava, non autem toto margine inflexa ut in hypno *murali*, seniora serrulata, iuniora fere integerrima, pallide viridia, absque ullo nitore, quo *serrulatum* distinguitur: nervus dimidio folio aequalis aut brevior, aut rarissime subnullus, concolor; areolae reticuli

elongatae, contiguae, subtiles. *Flores* monoeci, primario cauli adnati: *masculi* ovati, basi lutei. *Folia perichaetii* 12, ovato-acuminata, interiora paullo longiora integerrima, enervia. *Antherae* 10, crassae, oblongae, curvulae, luteae. *Paraphyses* filiformes, istis paullo longiores, tenerrimae, articulis elongatis, limpidae et oculum fugientes. *Feminei perichaetii folia* ovata, intima lato-lanceolata, longe acuminata, enervia. *Pistilla* et *paraphyses* paucae. *Vaginula* subcylindrica, virens. *Seta* uncialis, erecta, ultimo apice paullum incrassata et incurva, rufo-brunnea. *Theca* oblongo-cylindrica, inaequalis, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, remote trabiculati, brunnei: *interni* membrana areolarum minorum serie solitaria: *dentes* lanceolati, tribus lacunis filiformibus pertusi: *cilia* capillaria, dentibus aequalia. *Operculum* conico-rostratum, theca vix brevius, paullum incurvum, rufo-brunneum.

Differt a *murali* foliis remotis, ut inter singula spatium observetur in sicco, foliis angustioribus, theca oblonga tenuiori et loco natali.

Tab. XC. fig. 1. plantae naturali magnitudine. fig. 2. caulis pars augm. I. Fig. 3. folia caulis, 4. ramorum augm. II. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. perichaetium femineum augm. I. fig. 7. folium interius augm. II. Fig. 8. vaginula, 9. theca augm. I. Fig. 10. peristomii externi, 11. interni pars augm. IV.

24. Auberti, decumbens distiche ramosum, foliis bifariam imbricatis enervibus cymbaeformibus: acumine recurvo, theca inaequali horizontali. Tab. LXXXVIII.

Leskea *nitens*, caule procumbente subpinnatim ramoso, pinnis simplicibus sublinearibus, foliis laxe distichis oblongis acutiusculis piliferis exfasciculatis aureo-nitidis. Brid. muscol. suppl. 2. p. 50.

In insula Franciae lectum dedit clar. Aubert Du Petit-Thouars. ♃.

Radix capillacea, hic illic in caule pullulans. *Caulis* decumbens, subbipinnatus, pallide rufo-brunneus. *Folia* pleraque in duas series oppositas disposita, intermixtis paucis anterius positis, amplexicaulia, horizontalia, ut Iridum folia; ovata acumine brevi recurvo, in dimidium cylindrum excavata, integerrima, enervia, ex luteo vel aureo pallide virentia: reticuli areolis subtilibus, oblongis. *Flores* dioeci videbantur. *Masculi* ovati, saturatius virides, foliis triplo minores. *Folia perichaetii* octo vel decem, ovato-acuminata, integerrima, enervia. *Antherae* viginti, oblongae, turgidae, curvulae, sordide virides. *Paraphyses* copiosae, duplo fere longiores, filiformes, pellucidae et fere coloris expertes. *Folia perichaetii feminei* ovato-acuminata, interiora oblongo-lanceolata. *Pistilla* et *paraphyses* copiosae. *Vaginula* oblonga. *Seta* uncialis, erecta, siccitate tortilis, rufescens. *Theca* subcylindrica, ex erecta basi subito ad horizontem curvata, ideoque basi inaequalis, caeterum aequalis, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, solidi, trabiculati, thecae concolores: *interni membrana* areolarum maiorum, minorum seriebus geminatis alternantibus: *dentes* lineari-lanceolati, solidi, linea media obscura decurrente notati: *cilia* capillaria, gemina, dentes fere aequantia.

Tab. LXXXVIII. fig. 1. Planta naturali magnitudine. Fig. 2. rami pars augm. I. Fig. 3. folia augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. Perichaetium ♀ augm. I. Fig. 6. eius folium interius augm. II. Fig. 7. theca augm. I. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

25. MULTIFLORUM, procumbens subdivisum longum, foliis bifariam imbricatis subsecundis lanceolatis mucronatis enervibus.

In insula Borbonia ad terram sterile lectum est. ♃.

Planta habitu valde similis Leskeae *constrictae* in hoc Specierum muscorum supplemento secundo pagina 173 et sequente fusius descripta, sed multo tenerior et quia fructibus caret et floribus monoecis eorumque structura a Leskea *constricta* valde differt, malui hunc muscum ad hypni genus referre, quod ex antiquo tempore specierum in alia genera Hedwigiana redigendarum quoddam quasi receptaculum fuit.

Caulis debilis, biuncialis. *Folia* patula, secunda et paullum incurva, ex ovato vel lanceolato longe mucronata, pallide viridia, enervia. *Flores masculi* copiosi lutescentes, foliis triplo breviores. *Perichaetii folia* 12, ex ovato mucronata, exteriora latiora et breviora, interiora angustiora et longiora. *Antherae* duodecim, oblongae, magnae, luteae. *Paraphyses* filiformes, longiores, articulis oblongis, pallidissimae. *Feminei* et fructus deerant.

26. RADIATUM, erectum subsimplex, foliis bifariam imbricatis lanceolatis seminervibus serratis, theca pendula.

Misit quondam Diksonus hoc nomine inscriptum ex insula Borbonia. ♃.

Radix basilaris. *Caulis* uncialis, erectus, unum alterumve ramum edens. *Folia* bifariam imbricata, remotiuscula, fere disticha, lanceolata, planiuscula, toto ambitu acute serrata, e flavescente viridia: nervis dimidii folii longitudine, concolor: areolae reticuli lineares, seriatae, ut folia videantur subtilissime striata. *Flores masculi* desunt, ut operculum. *Feminei perichaetii* folia e lanceolato longe acuminata, subdentata. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* fere biuncialis, paullo supra basin caulis adnata, erecta, apice incurva, siccitate valde tortilis, ferrugineo-fusca. *Theca* ovato-cylindrica, subaequalis, brunneo-fusca. *Peristomium* videtur hypni.

Simile habitu *spiniformi*, foliis *serrulato*, sed huius folia ovato-acuminata, mollia, basi subinaequalia, caulis procumbens, theca horizontalis, flavescenti-brunnea.

27. SUBSIMPLEX, foliis bifariam imbricatis ovato-lanceolatis enervibus integerrimis bistriatis, theca aequali constricta, operculo brevirostri. Spec. musc. p. 270. t. 69. f. 11—14.

In America australi inventum Persoon, Richard et Thuillier dedere; cortici arborum adhaerens. ♃.

Radix capillacea, ut plurimum, basilaris, parca. *Caulis* decumbens, tenuis, vage ramosus, foliatione compressa, viridi-fuscus. *Folia* insertione sparsa, semi-amplexicaulia, directione disticha, oblongo-lanceolata, apice obliquo, margine inaequali,

nec vero evidenter dentato, stria utrinque pone marginem duas tertias folii partes percurrente, interdum inconspicua, pallide viridia: enervia: reticuli areolis elongatis. *Flores* cauli adnati, monoeci: *masculi* exigui, basi fusca notabiles. *Perichaetii folia* duodecim, ovato-acuminata, interiora longiora, plurima apice obliqua. *Antherae* octo, oblongae, turgidae, viridi-fuscae, evacuatae rufescentes. *Paraphyses* vix plures, paullo longiores, filiformes, articulis lineari-oblongis, pallidae. *Flores feminei* masculis acutiores et paullo longiores, foliis caulinis duplo breviores, iuventute basi rufi. *Perichaetii folia* numero, externi etiam figura, masculis similia, interiora lanceolato-acuminata. *Pistilla* sex vel octo, rufa. *Paraphyses* paucae. *Vaginula* oblonga, longa, apice inter folia visibilis. *Seta* uncialis, tenera, erecta, apice ad horizontem curvata, rufo-lutea. *Theca* ovata, aequalis, siccitate infra os valde constricta, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, linea obscura a basi ad medium notati, brunnei: *interni* membranae areolarum maiorum et minorum seriebus geminatis alternantibus: *dentes* lanceolato-acuminati, linea media fusca ad basin membranae continua: *cilia* solitaria vel gemina capillaria, dentibus paullo minora. *Operculum* e convexo rostellatum, rectum vel ascendens, thecae concolor.

33. Richardi, decumbens vage ramosum, foliis bifariam patulis lanceolatis integerrimis enervibus, theca turbinato-ovato, operculo longirostri. Tab. XCIII.

In truncis vetustis putrescentibus Gujanae legit cl. Richard,

de omni re et philosophia botanica optime meritus, ingeniosissimus, V.

Radix capillacea, per caulem sparsa. *Caulis* 1—2 uncialis, repens, quandoque divisus, ramulosus: ramulis brevibus subramosis, subcompressis. *Folia* rariuscula, sparsa, patula, subdisticha, lanceolata, versus apicem paulum angustata, subinaequalia, integerrima, concava, pallide viridia: enervia: reticuli areolis elongatis, striaeformibus. *Flores* monoeci, cauligeni: *masculi* ovati, turgidi, basi rufescentes: *perichaetii folia* duodecim, ovato-lanceolata. *Antherae* 20—25., oblongae, turgidae, rufae. *Paraphyses* nullae. *Floris feminei folia* 14—16., ovato-lanceolata. *Pistilla* numerosa, stigmate turbinato. *Vaginula* cylindrica, theca longior, virescens, apice ferruginea. *Seta* sesquiuncialis, erecta, apice parum incurva, siccitate tortilis, brunnea. *Theca* turbinato-ovata, ore amplo, subinaequalis, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* magni, lanceolato-lineares, dense et subtiliter trabiculati, absque linea obscura basilari, luteo-brunnei. *Peristomii interni* membrana, externo paullo brevior, areolarum minorum seriebus solitariis, geminis, aut semitergeminis, pallide lutea: *dentes* lanceolato-lineares, solidi seu non lacunosi, linea media lutea: *cilia* solitaria, capillaria, dentes aequantia. *Operculum* conico-rostratum, rostro subincurvo, theca longius fere et pallidius.

Tab. XCIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. I. Fig. 3. folia augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. Floris masculi folium intimum cum antheris tribus, augm. IV. Fig. 6. perichactium femi-

neum augm. I. 7. eius folium augm. II. 8. pistillum augm. IV. Fig. 9. theca augm. I. Fig. 10. peristomii externi, 11. interni pars augm. IV.

29. SERRATUM, ascendens vage ramosum, foliis bifariam patulis triangulari-lanceolatis enervibus serrulatis, seta longissima.

Hypnum *serratum;* caule repente ramoso; ramis floriferis, vagis, simplicibus et divisis interdum apice rhizophoris; foliis lanceolatis, apice serrulatis, ecostatis, marginibus serratis; perichaetialibus capillaribus, subserratis, longis; pyxidis inclinatae tubo mediocri. Palisot Aetheog. p. 70. Bridel. suppl. musc. 2. p. 194.

In insula Borbonia lectum dedit cl. Richard. ♃.

Radix in caule inferiori fasciculata, ferruginea. *Caulis* biuncialis, saepius divisus, ramis rursus ramulosis, absque certo ordine, basi repens, ramis ascendentibus et posterius horizontalibus. *Folia* sparsa, quali directionis modo utantur difficile dictu est: lateralia patula sunt, superiora paullum ascendentia, inferiora cauli approximata, ut si rami e longinquo adspiciantur videantur depressi magis, si propius observantur vage foliosi; folia caeterum e triangulari basi lanceolata, longa, apice serrulata, paullum cylindrice concava: enervia: reticuli areolis elongatis. *Flores* cauli vel ramis adnati, monoeci, utriusque sexus sibi valde similes; masculi enim a communi congenerum forma eo recedunt, quod perichaetii duodecim foliorum interiora striata et lanceolato-acuminata, exteriora ovata, acuta, duplo breviora sunt. *Antherae* sex, ovatae, luteae: *paraphyses* copio-

sae, filiformes, antheris paullo longiores. *Femineorum florum* compositio eadem, sed folia plura. *Vaginula* oblonga, lutea. *Seta* caule longior, fere triuncialis, erecta, flexuosa, apice inflexa, siccitate tortilis. *Theca* subcylindrica, inaequalis. *Peristomium* laesum videtur hypni.

Bridelius duos nervus memorat; sunt hi vero vix unquam conspicui.

γ, caule bipinnato.

30. Boryanum, decumbens bipinnatum, foliis bifariam imbricatis ovatis obtusis seminervibus bistriatis.

In insula Borbonia lectum dedit Richard. ♃.

Caulis decumbens, bipinnatus vel tripinnatus, interdum subsimplex, depresso-planus, sesquiunciam longus: ramis eiusdem longitudinis; ramulis attenuatis, pluribus simplicibus, quibusdam subpinnatis. *Folia* bifariam imbricata, fere quatuor ordinum, ovata, obtusa, vel apice rotundata, integerrima, concava, quandoque striis submarginalibus, totum fere folium cingentibus, mollia, flavescentia: nervus debilis, medium folii attingens aut superans: areolae reticuli subrotundae, seriatae, vix conspicuae. *Flores* monoeci: *masculi* versus apicem ramulorum, exigui. *Folia perichaetii* sex, ovata, rotundata, enervia. *Antherae* quatuor, oblongae, lutescentes. *Paraphyses* nullae *Feminei flores* in ramis. *Folia perichaetii* octo, ovata, acuta, interiora longiora et angustiora. *Pistilla* sex. *Paraphyses* nullae.

Propter foliorum brevitatem videntur rami teretes, si sic-

ci conspiciuntur; et ramuli valde similes sunt ramis hypni *iulacei*, caeterum valde diversi.

δ, caule dendroide.

31. FASCICULATUM, erectum fasciculato-ramosum, foliis bifariam patulis oblongis apice dentatis crassinervibus. Spec. musc. p. 245. t. 62. Swartz flor. Ind. occid. 3. p. 1827. *

Ad radices arborum in altissimis montibus Iamaicae. ♃.

32. ARCUATUM, erectum subfasciculatum, foliis bifariam imbricatis ovatis cuspidatis serratis, theca striata, operculo rostrato. Spec. musc. p. 245. t. 62.

Insulae australes. ♃. Plantam ipsam non inveni in herbario Hedwigii.

* * *

Hypnum *bifidum.* Brid. musc. II. 2. p. 51. t. 1. f. 4. Suppl. 2. p. 90. est Trichostomum *leucoloma*, quod alio loco describam.

Hypnum *solitarium*, caule erecto simplicissimo, foliis bifariam imbricatis densis lanceolato-acuminatis enervibus subdentatis. Brid. l. c. ex Insula Borbonia etiam alius, sed nescio cuius, generis est.

Hypnum *vesiculosum.* Brid. l. c. p. 100. est Leskea *albicans.*

*** *Foliis rectis, quadrifariam aut sexfariam imbricatis.* (*ramis angulatis.*)

33. TETRAGONUM, repens ramis erectiusculis, foliis quadrifa-

riam imbricatis oblongis enervibus striatis cymbaeformibus. Spec. musc. p. 246. t. 43. Swartz prodr. p. 142. Flor. Ind. occid. 3. p. 1833.

Muscus terrestris repens minor, cuius ramuli foliis multis et minimis seriatim quadrato ordine dispositis cinguntur. Dillen. musc. p. 335. t. 43. f. 73. Sloan. h. 1. 68. t. 25. f. 3. Raj. h. 3. p. 44. e Swartzio.

Ad truncos vetustos arborum, prope cacumen montium Iamaicensium, Swartz, in Cayenna Richard. ♃.

Folia concava, carina obtusa, apice sensim contrahuntur, et striis duobus tribusve inaequalibus exarata, non vero conspicuo nervo instruuntur; foliorum mucro, in summis ramulorum foliis magis perspicuus, patulus est.

35. IMBRICATUM, pendulum vage ramosum, foliis quinquefariam imbricatis ovatis enervibus laevibus fornicatis mucronatis.

Hypnum? *imbricatum;* caule pendulo, inordinate ramoso; foliis strictè et quadrifariam imbricatis, subovatis, concavis, fornicatis, apice mucronatis, ecostatis. Palisot. Beauv. Aetheog p. 65.

Hypnum *pentastichum*, Brid. muscol. 2. 2. p. 100. t. 3. f. 3., secundum ipsius verba in Suppl. muscolog. 2. p. 152. (ubi legatur p. 100. et t. 3, non p. 10. t. 8.) huc pertinet. In Insula Borboniae, Palisot et Richard. ♃.

Differt a *tetragono* caule gracili pendulo, foliis non striatis et concavis in formam hemicylindri apice truncati et

clausi per operculum semicirculare, mucronem gestans. Caeterum *folia* integerrima, non striata: enervia, pallide viridia: reticuli areolis oblongis, seriatis. Flores et fructus desunt.

In varietate crassiori, in regno Oware Africae lecta, aderant flores *feminei*, folio fovente dimidio minores. *Folia perichaetii* oblonga, acuminata, decem, et *pistilla* fusca sedecim. *Paraphyses* pistillis fere duplo longiores, filiformes, articulis brevibus, albidae.

36. HEXASTICHUM, pendulum subpinnatum, foliis sexfariam imbricatis orbicularibus acutis enervibus concavis.

In Domingo insula lectum communicavere cl. Thouin et Hornemann. ♀.

Radix in basi caulis et primorum ramorum, fasciculata, e fibrillis crassiusculis, indivisis, ferrugineis. *Caulis* sex vel octo uncias longus, debilis, pendulus, ferrugineo-luteus: ramis subalternis, rariusculis, uncialibus, recta patentibus, distichis. *Folia* sex ordinum, sexfariam imbricata, orbicularia, acuta, basi in breve planum quadratum contracta, parte sua orbiculari hemisphaerico-concava, integerrima, rigidula, albo-viridia: enervia: reticuli areolis oblongis, subtilibus. *Flores* dioeci: *feminei* subcylindrici, folio caulino duplo fere longiores, basi rufescentes. *Folia perichaetii* decem: extima duo caulinorum forma, interiora ovata lanceolata, integerrima, enervia: *pistilla* octo, ferrugineo-fusca. *Paraphyses* istis aequales, filiformes, articulis brevibus. *Flores masculi* et *fructus* non aderant.

37. QUADRANGULARE, decumbens flagelliferum, foliis decussatis densis patulis solidinervibus oblongis acuminatis.

Ad arborum truncos in Guyana legit Claudius Richard, Professor botan. Parisinus.

Caulis biuncialis aut longior, corticibus inhaerens, foliis in basi procumbente et hic illic in ramis nudatus, rigidus, flagella semuncialia aphylla, apice in ramulos radiciformes divisa, edens; rami raro uncia longiores, simplices, rigidi, quadranguli. *Folia* quadrifariam posita et patentia, sed aeque densa, quam in caeteris hypnis tetragonis, oblonga, acuminata, concava, carinata, integerrima, rigida, nitida, laete virentia: nervo concolori, ad apicem perdurante: areolis reticuli subtilibus seriatis. *Flores* ut videtur dioeci: *femineorum* folia circiter decem, ex ovato repente acuminata, minus concava, solidinervia. *Pistilla* totidem. *Paraphyses* illis copiosiores et paullo longiores, subtiles, albidae. *Vaginula* cylindrica virens, apice brunnea. *Seta* uncialis, incurvans, rigida, siccitate non totilis, rufo-brunnea. *Theca* ovata, laevis, brunnea. *Operculum* e conico rostratum, curvulum, illi concolor. *Calyptra* subulata, latere parum fissa, cartilaginea, brunnea.

Quoad floris habitum et calyptrae rigiditatem ab hypnis recedit, sed cui alii generi adnumerandum sit, e nostris speciminibus colligi nequit.

38. LIVENS, pendulum subpinnatum foliis quadrifariam imbricatis ovatis acutis enervibus.

In Peruvia lectum conservat Jussieuus. ℣.

Caulis tres uncias longus, ramis pinnatis et subfascicu-

latis. *Folia* quadrifariam, sed laxe, imbricata, ovata, acuta, basi coarctata, concava, interdum plica media, nervum aemulante, sed basin folii non attingente, una alterave abbreviata laterali, viridia, aut fusca, madore violaceo-fusca, enervia: areolis reticuli subrotundis seriatis. *Flores* et *fructus* desunt.

4*) *Foliis rectis, undique imbricatis (ramis teretibus).*

59. STRAMINEUM, erectum subramosum, foliis seriatim imbricatis oblongis obtusis ruptinervibus integerrimis concavis, operculo cuspidulato. Tab. LXXXIX.

Hypnum *stramineum* surculis erectis filiformibus subramosis, foliis ovato-lanceolatis enervibus imbricatis. Dicks. fasc. crypt. 1. p. 6. t. 1. f. 9. Swartz musc. Suec. p. 62. Smith. flor. Brit. 3. p. 1303. Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 320. Funk Kryptog. Gew. n. 158.

β) foliis latioribus.

Hypnum *trifarium*, foliis imbricatis cochleatim tristichis, ovatis, obtusis, concavis, integerrimis, nervo ad $\frac{2}{3}$ evanido; seta laevi; operc. conico. Web. et Mohr Iter Suec. t. 2. f. 2. a—d. Crypt. Germ. p. 319. Brid. muscol. suppl. 2. p. 127.

Hypnum *uliginosum* Schleich Cent. 3. n. 54. et *spirale* ej. in lit.

In paludibus inter hypnum *scorpioides*, *aduncum* et alia, in Anglia, Suecia, Germania, Helvetia frequens, sed rarius fructiferum. β) in turfosis. Aestate fructificat. 4.

---

*) Loco stellularum Arabicis numeris sectiones inscribere pergam.

Radix in basi caulis et quibusdam fibrillis inter folia. *Caulis* 3 — 6 uncialis, simplex, inter alios muscos quantum fieri potest recta ascendens, fuscus; ramos paucos, basi attenuatos in β) variae longitudinis, subsimplices exserens. *Folia* imbricata, in series saepe tres, sed non semper satis distinctas disposita, ovato-oblonga, aut oblonga, inferiora subrotunda, obtusa, cylindrice aut hemisphaerice concava, integerrima, lutescentia, nitida, aetate brunnea: nervo tenui, ad tertiam folii partem evanescente, concolori: reticuli areolis elongatis, seriatis, striaeformibus. *Flores dioeci: masculi* oblongi, folio cingente dimidio minores, oblongi, acuti. *Folia perichaetii* circiter duodecim, ovata, acuta, intima enervia. *Antherae* decem, oblongae, turgidae, in hoc muscorum genere magni, luteorufi, filamentis valde conspicuis. *Paraphyses* paullo copiosiores et longiores, at multo teneriores, filiformes, articulis elongatis, albidae. *Feminei perichaetii folia* quatuordecim, exteriora ovata, interiora lineari-oblonga, ruptinervia, quandoque subbistriata. Vaginula cylindrica, brunnea. *Seta* biuncialis, erecta, subflexuosa, siccitate tortilis, laevis, apice paullum curvata, rufo-brunnea. *Theca* horizontalis vel ascendens, inaequalis, subcylindrica, brunnea. *Peristomii externi dentes* dense trabiculati, brunnei: *interni* membrana areolarum minorum seriebus trinis; *dentes* lineari-lanceolati, non pertusi; *cilia* solitaria vel bina, capillaria. *Operculum* convexo-conicum acutum. *Calyptra* latere fissa, straminea.

Collatis copiosis speciminibus transitus a varietate β in

communem formam luculentus est, nec extat differentia nisi relativa et inconstans in caule, foliis, floribus et fructu.

Tab. LXXXIX. fig. 1. plantae var. β naturali magnitudine. Fig. 2. caulis apex augm. o. Fig. 3. folium interius, 4 medium, 5 superius augm. II. Fig. 6. Perichaetium femineum, 8. vaginula augm. o. Fig. 7, illius folium interius augm. II. Fig. 9. theca augm. o.

40. ALBICANS, ascendens subramosum, foliis imbricatis ovato-lanceolatis ruptinervibus integerrimis striatis, setis cauligenis, operculis conicis. Spec. musc. p. 251.

Hypnum *flavescens*, caulibus erectiusculis, gracilibus, ramosis; foliis lanceolato-setaceis, adpressis, carinatis, capsulis ovatis brevibus, obliquis, inclinatis: operculo brevissime conico, obtusissimo. Roth flor. Germ. 3. p. 303. (var. tenerior.)

Dillen. hist. musc. t. 42. f. 63. etc.

In collibus et aggeribus arenosis, in humidioribus et fossis viarum publicarum fructiferum vere; in omni Europa. ♃.

† CIRROSUM, decumbens vage ramosum, foliis imbricatis seminervibus oblongis: mucrone longissimo cirroso.

Hypnum *cirrosum* Schwaegrichen in Schultes Reise auf den Glockner 2. p. 365. Brid. muscol. suppl. 2. p. 130.

In alpe Carinthiae Brennkogel ad terram legi sterile, Augusto. ♃.

Radix basilaris. *Caulis* 2. 3. uncialis, decumbens, vage ramosus: rami versus apicem incrassati, in ipsa tamen extremitate acuti. *Folia* spissa, imbricata, oblonga vel ovata, apice in mucronem dimidio folio longitudine aequalem, flexuosum attenuata, integerrima, concava, tenuia, plica una alterave laterali versus apicem magis conspicua, aut nulla, nitida, ex aureo lutescentia, senio fusca: nervo ad medium evanescente, debili, concolori: areolis reticuli elongatis.

Simile *albicanti*, sed formae constantia, foliis infra mucronem contractis, ut obtusa cum mucrone diceres, non in acumen sensim attenuatis, et splendore diversum censui, quantum ex individuis sterilibus iudicare licet.

41. ADNATUM, repens pinnatum, foliis imbricatis ovato-acuminatis enervibus integerrimis, operculo brevissime conico. Spec. musc. p. 248. t. 64. Brid. suppl. muscol. 2. p. 160.

Hypnum *appressum*, caule repente, ramis confectis erectiusculis simplicibus iulaceis, foliis dense imbricatis semper appressis ovato-lanceolatis concaviusculis exfasciculatis, thecâ erectâ ovatâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 161.

Ad arborum truncos in Pensilvania, Iulio. ♃.

Hypnum *appressum* est planta theca iuvenili virescente, turgida, omnibus certis notis cum *adnato* congruens, ipsis peristomii ciliis solitariis et operculo brevissime conico, ut caule et foliis. Reticulum folii peculiari laxitate est.

42. PRAECOX, repens simpliciter ramosum, foliis imbricatis cordato-acuminatis obtusis ruptinervibus, operculo longirostri. Spec. musc. p. 249. t. 64.

Ad terram arenosam in Suecia et Marchionatu Brandenburgico a Swartzio et Cromio lectum est. 4.

43. IULACEUM, ascendens subramosum, foliis imbricatis subrotundis enervibus integerrimis, perichaetio fusco, operculo obtuso. Tab. LXXXIX.

Leskea *iulacea*, caule decumbente vage ramoso, foliis ovatis obtusis eductulosis imbricatis, sporangio erecto, operculo obtuse conico. Schwaegrichen in Schultes Reise auf den Grofsglockner. tom. 2. p. 363. Web. Mohr. crypt. German. p. 252. — Brid. muscol. suppl. 2. p. 68? interni peristomii et foliorum descriptio non satis convenit.

Pterogonium *fragile* Schleich. Helvet. exsicc. Cent. 4. n. 6.

Hypnum *moniliforme* Wahlenberg flora Lappon. p. 376. tab. 24.

Legi in alpibus Carinthiae ad terram inter gramina, in Tyroli, Gebhard, in Helvetia Schleicher, in Lapponia Wahlenberg; Augusto fructiferum. 4.

Planta peculiari habitu et structura partium. *Radix* fasciculatim inter folia caulis pullulans, constat fibris longis, capillaceis, ferrugineis, interdum caulis apex multis sparsisque fibris solitariis quasi pilosus est. *Caulis* basi repens, ramis vagis ascendens, semuncialis aut biuncialis, teres, debilis et fragilis: rami breves, interdum subfasciculati. *Folia*, quatuor fere or-

dinum, arcte imbricata, subrotunda, obtusiuscula, integerrima, hemisphaerice concava, amoene aut albide viridia: enervia: areolarum reticulis subrotundo quadratis, aequalibus, parvis. *Flores* dioeci, rarius monoeci: *masculi* superius positi ovati, folio dimidio breviores, e brunneo fusci: *folia perichaetii* subrotunda, interiora fere oblonga, rigida, conniventia, concava: areolis reticuli oblongis, integerrimis, brunneo-fuscis. *Antherae* paucae. *Feminei perichaetii* folia oblonga, tandem oblongo-lanceolata, apice denticulata, enervia, fusca. *Pistilla* sex, fusca. *Paraphyses* in utroque flore nullae. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* uncialis, flexuosa, erecta, laevis, e fusco brunnea. *Theca* oblonga, laevis, recta, fusco-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, subtiliter trabiculati, raro apice bifidi, inflexi, e fusco lutei: *interni membrana* erecta, more Leskearum, areolarum minorum seriebus geminis, sedecim striis fuscis picta, lutea: *dentes* lanceolati, non lacunosi: cilia dentibus breviora, linearia, bina aut solitaria. *Operculum* conicum, obtusum, thecae concolor.

Propter fructuum raritatem hujus musci penitiorem disquisitionem ad hujus operis usum distuleram, quare factum est, ut brevia cilia non conspicerem et plantam, pro illo itinerario descriptam, Leskeam nuncuparem.

Tab. LXXXIX. Fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. unius pars augm. II. Fig. 3. folia caulis, 4 perichaetii feminei augm. III. Fig. 5. hujus apex augm. V. Fig. 6. vaginula, 7. theca augm. II. Fig. 9. peristomii externi, 9. interni pars 5. augm. IV.

44. CONFERVOIDES, repens ramis capillaceis, foliis erectis lato-lanceolatis enervibus integerrimis, theca suberecta, operculo obtuso.

Hypnum *confervoides* caule depresso diviso, ramis ramulisque vagis filiformibus, foliis laxe imbricatis lanceolatis eductulosis integerrimis, capsulae obovatae erectiusculae operculo conico. Brid. muscol. suppl. 2. p. 155.

In monte Kahlenberg Vindobonae lectum communicavit Frölich et Bridelius; similem plantam e Pensilvania misit Mühlenberg. ♃

Hypnum, quod novi, tenuissimum. *Radix* fasciculata, exigua. *Caulis* uncialis, subpinnatus, ramis subramosis, repens et decumbens. *Folia* siccitate appressa, madore erecta, ex ovato acuminata vel lato-lanceolata, integerrima, basi tantum concava, subopaca, sordide viridia. *Flores* monoeci, cauligeni: masculi caulinis foliis paullo breviores, ovati. *Perichaetii folia* sex ovata, brevius acuminata, enervia. *Antherae* sex, oblongae, brunneae. *Paraphyses* nullae. *Perichaetii feminei* folia oblonga acuminata. *Seta* semuncialis, erecta, ferruginea. *Theca* obovata, inaequalis, erectiuscula, brunnea. *Peristomii externi* dentes remote trabiculati, basi brunnei, apice lutei: *interni* membrana 16. striis fuscis notata, lutea, areolarum minorum seriebus solitariis vel binis; *dentes* lanceolati, integri; cilia his paullo minora, solitaria. *Operculum* e convexo conicum, obtusum, thecae concolor.

45. CATENULATUM repens subpinnatum: ramis erectis, foliis

imbricatis ovatis seminervibus bistriatis obesis, operculo rostellato.

Hypnum *catenulatum* Brid. muscol. suppl. 2. p. 154. et muscol. 2. 1. p. 64. t. 5. fig. 4. sub Pterigynandro.

Grimmia *catenulata*, foliis cordato-acuminatis, uninervibus, nervo versus acumen evanescente, integerrimis, erecto-appressis. Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 151.

Pterigynandrum *catenulatum* Schleich. crypt. exsiccat.

In rupibus alpium Germaniae et Helvetiae; rarissimos fructus cl. Frölich in Alpe Algoviae Grünthen legit et, uti solet, bene examinavit. ♃.

Radix basilaris et in caule inferiori sparsa. *Caulis* decumbens, ramis una serie erectis, apice curvatis, raro subramosis, subpinnatus, luteo-fuscus. *Folia* siccitate appressa, madore laxius imbricata, ovata, acuta, integerrima, concava; stria utrinque marginali brevi, fusca; obesa et mollia, subopaca, e luteo brunnea: nervo lato, pallidiori, ultra medium evanescente, saepe non satis conspicuo in superiori folii facie: areolis reticuli subrotundis, ubique aequalibus. *Flores* monoeci, in caule et ramis. *Masculi* truncato-ovati, fusci. *Perichaetii folia* duodecim ovata, acuminata, enervia. *Antherae* copiosae, sed ita molles, ut absque laesione vix evolvantur, ovatae, fuscae. *Paraphyses* copiosiores, antheris longiores, filiformes, articulis rotundatis, lutescentes. *Flores feminei* oblongi, acuti. *Folia* exteriora ovata, acuta, interiora ex ovato longe acuminata, aetate lanceolato-acuminata, nervi basilaris quadam umbra. *Pi-*

stilla quatuordecim, ferruginea. *Paraphyses* copiosiores, masculorum similes. *Vaginula* oblonga, luteo-fusca. *Seta* octo lineas longa, erecta, ferruginea. *Theca* oblonga, inaequalis, curvata et inde fere horizontem ore spectans, luteo-fusca. *Peristomii externi* dentes anguste trabiculati, lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus geminis vel solitariis, lutescens, linea, e singulo dente decurrente, fusca. *Dentes* lanceolati, quatuor lacunis notati: *cilia* dentium longitudine, angustissimi, areolarum (solitariarum) septis transversis quasi nodulosa. *Operculum* conicum (siccitate convexum), brevissimo rostello. *Calyptra* subulata, pallida, apice fusca.

Folio simillimum Leskeis, sed peristomio hypnis.

46. ALPESTRE, decumbens: ramis fluctuantibus, foliis imbricatis subrotundis acutiusculis semi-binervibus, operculo brevissimo conico. Spec. musc. p. 247. t. 64. Web. Mohr. Crypt. Germ. p. 341.

In rivulis alpinis Norwegiae; Autumno florens. ♀.

Quoad folia et thecas sequenti simillimum, sed foliis non heteromallis, ramis longis et colore differt. Quae notae num inconstantes sint, in ipso loco natali examinandum est.

47. MOLLE, ascendens ramis recurvis, foliis laxe imbricatis subrotundis semi-binervibus, operculo brevissimo. Spec. musc. p. 275. Web. Mohr. l. c. p. 340.

Hypnum *rupestre* Schleich in litt.

In Saxis rivulorum in Scotia, Silesia, alpibus Styriae, Helvetiae; aestate fructiferum. ♀.

Foliorum nervi approximati, mediam folii partem vix attingunt et minus conspicui sunt, quam in *alpestri.* Folia saepe homomalla ad apices ramorum, laete virentia; caules et rami saepe basi calvi.

† INFLECTENS, erectum pinnatum, foliis vagis ovatis acutissimis subdenticulatis: nervo continuo subtili.

Hypnum *inflectens*, caule erecto superne subfasciculatim ramoso, ramis simplicibus furcatisque leniter inflexis, foliis ovato-lanceolatis acutissimis concavis subserrulatis nervo continuo. Brid. muscol. suppl. 2. p. 151.

In Hispaniola lectum unicum specimen mutuo misit Bridelius. ♃.

Radix basilaris. *Caulis*, ut videtur, erectus, strictus, duas et dimidiam unciam longus, ima basi calvescens, infra medium distiche ramosus, ramis simplicibus, unico ad apicem diviso. *Folia* sparsa, erecto-patula, ovato- vel lato-lanceolata, acutissima, margine tenuissime denticulata, concava, luride viridia: nervo ad apicem perdurante, tenui, concolori: areolis reticuli elongatis.

Substantia foliorum, hypno *ripario* similis, locum videtur indicare aquaticum; caeterum differt ab omnibus aquaticis, ipso *fluviatili*, latitudine folii, et nervo continuo; a *cordifolio* foliis non cordatis.

48. COCHLEARIFOLIUM, subrepens, ramis ascendentibus apice radicantibus, foliis imbricatis subrotundis acutiusculis sphaerico-concavis enervibus. Tab. LXXXVIII.

In Australasia lectum communicavit cl. La Billardiere ♃.

Radix capillacea, in caulem passim sparsa. *Caulis* repens, 2 — 6 uncialis, decumbens et subinde radiculosus: ramis subpinnatis, subsimplicibus, ascendentibus, ad apices quandoque radicantibus. *Folia* densa, quasi sexfariam imbricata, subrotunda, acutiuscula, in hemisphaerae formam excavata apice incurvo, integerrima, pallide lutescentia: enervia: areolis reticuli subtilissimis, parallelogrammis, seriatis. *Flores* dioeci vel monoeci: masculi ovati, folio fovente triplo minores, subrufescentes: perichaetii folia dena, ovata, acutiuscula, interiora paullo maiora. Antherae 10 — 12. ovatae, turgidae, rufo-luteae. *Paraphyses* filiformes, antheris copiosiores et paullo longiores, articulis oblongis. *Feminei flores* folio aequales, oblongi, acutiores, foliis duodecim exterioribus minoribus ovatis: interioribus longioribus oblongis, maturitate augendis. *Pistilla* et *paraphyses* numero et figura masculorum similes. *Vaginula* oblonga, luteo-virens, laxa. *Seta* uncialis, erecta, apice paullum incurva, siccitate tortilis, rufa. *Theca* fere horizontalis, oblongo-cylindrica, laevis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, subtilius trabiculati, linea dorsali a basi ad medium notati, luteo-brunnei. *Interni membrana* areolis solito brevioribus et transverse parallelogrammis, geminarum latiorum et angustiorum seriebus alternantibus, pallide lutescens, lineis sedecim rufescentibus e dentium basi media decurrentibus notata: dentes lanceolati, ter pertusi; *cilia* tenuo, solitaria. *Calyptra* exigua, subulata, straminea, apice fusca.

Simillima Leskea *mollis* differt perichaetio setae tertiam, non

sextam partem aequante, caule pendulo, foliis acutioribus; Leskea *glabella* caule pendulo longissimo, ramis simplicibus crassioribus, foliis oblongis et fuscis.

Tab. LXXXVIII. fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. rami apex augm. I. Fig. 3. folia caulina augm. o. Fig. 4. folii apex augm. IV. Fig. 5. perichaetium fructus, 6. eius folium externum, 7. internum augm. o. Fig. 8. theca augm. I. Fig. 9. Peristomii externi, 10. interni pars augm. IV.

49. NUDICAULE, caule repente aphyllo, ramis simplicissimis fastigiatis, foliis imbricatis oblongis mucronatis navicularibus.

In Domingo lectum habuit cl. Thouin, corticibus innatum. ℳ.

Habitus hypni *sciuroidis* L. vel pterogonii *iulacei*, sed foliorum dispositio et directio hypni. *Caulis* repens, ut videtur ad cortices, biuncialis, rigidus, flavus, aut ferrugineus. Rami copiosi, simplicissime fastigiati, 1—2 unciales, turgidi, apice acuti, toti dense foliosi. *Folia* in sex quasi series, sed minus ordinate, diposita, imbricata, oblonga, mucronata, in hemicylindrum convoluta, margine introverso, apice paullum patente, integerrima, non striata, nitentia, obscure viridia, enervia: areolis reticuli elongatis, sublinearibus, solito maioribus. Flores et fructus desunt.

50. BOSCII, ascendens subramosum, foliis imbricatis ovatis acuminulatis ruptinervibus, theca ascendente, operculo rostrato. Spec. musc. p. 252. t. 25. f. 7. sub *illecebro* exclus. synon. Icon folii non satis curata, quoad nervum.

Hypnum *Ternstroemiae*, caule depresso diviso subpinnatim ramoso, ramulis teretibus, foliis densissime imbricatis patentiusculis cochleariformibus longe apiculatis, nervo ultramedio. Brid. suppl. 2. p. 127.

Hypnum cupressiforme rotundius, vel Illecebrae aemulum. Dillen. musc. p. 311. t. 40. f. 46. C.

In America boreali; dictum in honorem ill. Boscii d'Antic, probitate et meritis de omni naturae scientia venerabilis. ♃.

Radix basilaris. *Caulis* ascendens, ramos paucos aequales exserens: pinnatum, qualem Dillenius pinxit, non vidi. *Folia* spissa, imbricata, ovata, mucronata, mucrone lineari-lanceolato, brevi, in supremis fere lineari, quintam folii partem exhibente, subcirroso, erecto; in caulinis interdum folii trientem aequante; denticulata, concava et inde dorso turgida, luteo vel auro viridia: nervo tenui, versus apicem evanescente concolori: reticuli areolis elongatis. *Folia perichaetii* ovato-acuminata, interiora acumine reliquum folium longitudine fere aequante, paulum torto, enervia. *Seta* uncialis, erecta, apice paullum inflexa et inflata, punctis scabra. *Theca* oblonga, inaequalis, paulum curvata, ascendens, obscure brunnea. *Operculum* e convexo rostratum, rostro subulato, obtusiusculo, subincurvo, thecae longitudine et colore. *Peristomium* internum lutescens et reticuli areolis diversum a peristomio *illecebri*, sed propter dentes et cilia laesos non potuit exacte observari.

Hypnum *Ternstroemiae* foliorum cuspide longa, dimidiam folii longitudinem efficiente differt; talia folia vero etiam in ipso hypno *Boscii* saepe aliis intermixta adsunt.

51. ILLECEBRUM, ascendens ramis vagis curvatis, foliis imbricatis ovatis acutis ruptinervibus, theca horizontali. Linn. spec. plant. 2. p. 1594. Brid. suppl. musc. 2. p. 125.

Hypnum *Vaillantii* Thuill. herbar. Hypnum *crassum* La Tourete.

Hypnum *Touretii*, caule procumbente vage diviso, ramis lateralibus crassis, foliis dense imbricatis subpatulis ovatis concavis breviter acuminatis serratis, nervo ultramedio, pedunculo scabro, capsulâ ventricosa suberecta. Brid. suppl. musc. 2. p. 185.

Hypnum cupressiforme rotundius vel illecebrae aemulum. Dill. musc. 311. t. 40. f. 46. A. B.

Muscus terrestris, surculis basi geniculatis aut illecebrae aemulis, foliis subrotundis squamatim incumbentibus. Vaill. Paris. 137. t. 25. f. 7.

Collectum in Helvetia et Gallia vidi, in collibus agri Parisiensis ad graminosa declivia Aprili fructus maturat; hypnum *Touretii* habui a Bridelio et Villarsio. 4.

Radix per fasciculos in caule sparsa, capillacea, nitens, ferruginea. *Caulis* 3—6 uncialis, repens, ramis vagis aut subfasciculatis, uncialibus: plurimis ascendentibus, vage ramulosis, raro subpinnatis, ramis et ramulis saepe arcuato-reflexis. *Folia* ovata, inferiora obtusiuscula, superiora brevi acumine instructa, toto margine denticulata, cylindrice aut hemisphaerice concava, intense viridia, in ramulis iunioribus laete et pallide virentia: nervo debili, tres folii quadrantes percurrente, conco-

lori: reticuli areolis elongatis. *Flores feminei*, dioeci, *folia* perichaetii quindecim, ovata, acuta, enervia, maturo fructu ovato acuminata, acumine folio reliquo duplo minori, itaque breviora, quam in hypno *Boscii*, enervia; *pistilla* duodecim, maiuscula, fusca. *Paraphyses* copiosae, longiores, acutae. *Seta* punctato-scabra. *Theca* ovata, inaequalis, recto angulo a setae apice ad horizontem versa, fusco-brunnea. *Peristomii interni membrana* pallida, areolarum minorum seriebus geminatis, *ciliis* solitariis, dentes aequantibus. *Operculum* conicum, acutissimum, thecae dimidiae aequale, concolor.

Differt *curvatum* Swartzii theca erecta, caule altiore dendroide.

52. PURUM, decumbens pinnatum, foliis imbricatis ovatis mucronatis seminervibus, setis thecisque ascendentibus. Hedw. sp. musc. p. 252.

In silvaticis, humidis omnis Europae et in Pensilvania.

Caulis ima basi tantum radiculosus, aliquoties divisus, divisionibus 2 — 4 uncias longis, distiche pinnatis, teretibus, siccitate quodam modo compressis. *Folia* ovata, mucrone brevi lanceolato, fere integerrima, pallide viridia: nervus medium folium vix aequat, excentricus seu alteri lateri propior est, et plica in opposito latere arcuata, nervo similis at longior non raro conspicitur. *Seta* scabra. *Peristomii interni* membrana luteo-alba, areolarum minorum seriebus geminatis; *dentes* 6 lacunis pertusi, facile in duo crura discedentes; *cilia* bina vel solitaria, dentium longitudine.

* * *

† Hypnum *viridulum* caule repente radiculoso-subpinnato, ramulis sparsis brevissimis erectiusculis, foliis caulinis secundis erectis, rameis imbricatis lato-lanceolatis acumine piliformi serrulatis nervo ultramedio. Brid. suppl. 2. p. 181. est Leskea *imbricatula.*

Hypnum *furcatum* Brid. suppl. 2. p. 151. est Leskea *capillaris.*

Hypnum *fulvum* l. c. p. 152. est Leskea *attenuata.*

Hypnum *ruderale* l. c. p. 158. est Leskea *imbricatula.*

Hypnum *filamentosum* Anglicum nondum vidi.

5. *Foliis rectis erectiusculis: summis in cuspidem conniventibus (cuspidata* Brid.*).*

53. SCHREBERI, ascendens pinnatum: ramis distichis cuspidatis, foliis erectiusculis ovatis enervibus, operculo conico. Swartz musc. Suec. p. 60. etc.

Hypnum *Curlandicum* (caule) suberecto ramoso viridi simpliciter pinnato, pinnis dense confertis tereti-subulatis rigidiusculis, foliis dense imbricatis patentiusculis ovatis subexfasciculatis. Brid. muscol. suppl. 2. p. 134. mihi non differre videtur.

Hypnum cupressiforme tenuius et compressius. Dillen. musc. p. 312. t. 40. f. 47.

In silvis siccis et pratis ad terram in Europa et borcali Asia; vere floret. ♃.

Quem duplicem nervum Bridelius aliique dicunt est potius

linea colorata, vix confertioribus areolis stipata, quae saepe deest, ut plica lateralis. Flores masculi ramuligeni; foliis duplo minores, ovati, rufescentes. Perichaetii folia 14. ovato-acuminata, enervia. *Antherae* 10. turgidae, rufescentes. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, paucae. *Peristomii interni membrana* areolarum minorum seriebus ternis vel binis cum dimidia. *Dentes* lanceolato-acuminati, a basi ultra medium lacunosi et facile separabiles, cruribus angustis. *Cilia* capillaria, dentium longitudine, solitaria, raro bina.

Hypnum *Curlandicum* differt solo caule luteo et foliis densis, qualia specimina etiam ex australioribus terris habeo. Omnis haec differentia videtur mihi oriri a loco natali paludoso, aprico.

54. NITENS, erectum pinnatum: ramis sparsis cuspidatis, foliis erectis lanceolato-acuminatis tristriatis, operculo conico. Spec. musc. p. 255.

In pratis turfosis Europae et Americae, vere et aestate fructiferum. 4.

55. CUSPIDATUM, ascendens pinnatum, ramis sparsis cuspidatis, foliis cordato-acuminatis enervibus, operculo conico. Spec. musc. p. 254.

Hypnum *flexile* caule fluitante basi longe nudo filiformi subpinnatim ramoso, foliis laxe alternis distichis ovatis acutiusculis enerviis integerrimis. Brid. muscol. suppl. 2. p. 116. e speciminibus, a Bridelio amice communicatis, non differt.

In palustribus Europae, borealis Americae et Africae, vere et aestate fructiferum. ♃

56. PURPURASCENS, erectum pinnatum: ramis cuspidatis, foliis erectis oblongis mucronatis enervibus rigidis.

Hypnum *purpurascens* caule erecto ramoso simpliciter pinnato, pinnis supremis cuspidatis, foliis oblongis concavis subspathulatis exfasciculatis cum productione longa piliformi. Brid. muscol. suppl. 2. p. 121.

In caespitibus humentibus et ad saxa basaltica madida in planitie des Chicots in insula Borbonia lectum misit Bridelius. ♃

Radix basilaris. *Caulis* sesquiuncialis, ramis alternis, 8—10., semuncialibus. *Folia* densa, erecta, summa imbricata in mucronem acutissimum (neque vero piliformem) convoluta, oblonga, singula et ipsa mucrone angustissimo, folii trienti aequali, concava, rigidissima, subcartilaginea, ex aureo lutescentia, summa purpurascentia, margine pallidiore: enervia: areolis reticuli linearibus, contiguis, quasi subtilissimis striis exarata.

57. CORDIFOLIUM, ascendens subpinnatum: ramis cuspidatis, foliis erectis cordatis obtusiusculis crassinervibus integerrimis, operculo conico. Spec. musc. p. 254.

Hypnum *fontanum* Schleich. crypt. Helv. exsicc. Cent. 2. n. 53.

Hypnum *phyllorhizans*; caule repente ramoso; ramis erectis subsimplicibus, foliis laxis, remotis, patentibus, lanceolatis, apice subtus radicantibus. Palis. B. aetheog. p. 67.

In fossis silvaticis Europae aestate. ♃

58. OXYCLADON, repens: ramis simplicibus cuspidatis, foliis strictis lanceolato-acuminatis ruptinervibus bistriatis albo-viridibus.

Hypnum *oxycladon* caule procumbente vage pinnatimque ramoso, ramis tereti-acutissimis, foliis dense imbricatis ovato-lanceolatis acuminatis ductulorum fasciculo sub apice serrulato evanido, capsulâ arcuatâ cernuâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 123.

In Pensilvaniae rupibus legit Mühlenberg. ♃.

Radix per caulem sparsa, tomentosa. *Caulis* repens, fructifer sesquiuncialis ramis subramosis; sterilis biuncialis ramis simplicibus erectis curvatis, omnibus siccitate per folia conniventia teretibus, cuspidatis. *Folia* sparsa, densa, siccitate imbricata, madore stricta, e lato-lanceolato acuminata, apice denticulata vel subintegerrima, stria ad utrumque marginem versus acumen evanescente, albo-viridia: nervo ad acumen obliterato, debili, concolori: areolis reticuli elongatis in basi folii brevioribus. *Flores* monoeci vel dioeci, in caule et ramis: masculi oblongi, lutescentes. *Folia perichaetii* duodecim ovato-acuminata, interiora longiora, enervia, integerrima. *Antherae* decem, ovatae, turgidae, luridae. *Paraphyses* filiformes, antheris duplo fere longiores. *Floris feminei* folia ovato-lanceolata, interiora lanceolato-acuminata, nervo breviori quam in caulinis. Genitalia et *paraphyses* pauciores quam in masculo. *Vaginula* oblonga, viridi-fusca, seta vix uncialis erecta, parum tortilis, fusca. *Theca* oblonga, inaequalis non omnino ad horizontem

inclinata, viridi-fusca. *Peristomium externum* thecae concolor: *internum* lutescens, areolarum minorum seriebus ut cilia geminatis aut solitariis: *dentes* lacunis praegrandibus: *cilia* dentium longitudine, linearia. *Operculum* . . ? *Calyptra* subulata, glabra, pallide straminea.

Valde simile hypno *lutescenti*, sed duplo minus, simplicius ramosum, foliis non lutescenti-viridibus. Ubi fructus desunt, planta simillima est Leskeae *setosae*.

59. NEGLECTUM, repens subpinnatum: ramulis cuspidatis, foliis ovatis subseminervibus integerrimis: perichaetii striatis, operculo conico.

Hypnum *neglectum* caule repente radicante subpinnatim ramoso, ramis brevibus tereti-acutis, foliis imbricatis appressis ovatis concavis acutiusculis semiductulosis, perichaetialibus striatis, capsulâ suberectâ cernente. Brid. suppl. musc. 2. p. 120.

In Franconia lectum anno 1802 misit Clar. De la Vigne, professor Charkoviensis. ♃.

Radix per fasciculos sparsa. *Caulis* uncialis aut sesquuncialis, repens, subpinnatus: rami per folia apicis conniventia cuspidata. *Folia* recta, sparsa, subpatula, summa imbricata, ovata, acutâ, concava, integerrima, amoene viridia: nervo debili, medio evanescente, vel nullo: reticuli areolis elongatis. *Flores feminei* cauligeni, radicantes, oblongi, foliis caulinis maiores, albidi. *Folia perichaetii* ovato-lanceolata, striis seu plicis tribus, continuis exarata. *Pistilla* octo. *Paraphyses* fili-

formes. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta et *Theca* ovata inaequalis, subhorizontalis brunneo-fusca. *Peristomii externi* dentes anguste trabiculati, viridi-fusci: *interni membrana* profunde fissa lutescens, areolarum minorum seriebus geminis: *dentes* lanceolati, solidi: *cilia* gemina, capillaria, e simplici cellularum ordine composita. *Calyptra* subulata, glabra, straminea.

Habitus hypni *cupressiformis* aut *conferti*, sed foliis perichaetii et peristomio ab omnibus similibus recedit.

6. *Foliis rectis erectiusculis.*

a) *caule pinnato.*

60. ABIETINUM, ascendens pinnatum, foliis erectiusculis: caulinis cordato-acuminatis ruptinervibus subbistriatis scabris, operculo conico. Spec. musc. p. 353. etc.

Hypnum *scitum;* caule repente pinnato, florifero; pinnis approximatis, alternis, simplicibus divisisque filiformibus; foliis ovato-lanceolatis, acutis, nervo ante apicem evanescente notatis, stricte imbricatis, perichaetialibus lineari-subulatis, erectis, costâ integrâ notatis; pyxidibus subcylindricis erectis. Palisot B. Aetheog. p. 69.

In collibus siccis omnis Europae et Americae borealis, rarius fructigerum, vere. ♃.

Hypnum *scitum* differt tantum statura minori, in quam transitum monstrant specimina Mühlenbergiana: ipsae subtilium partium, florum et peristomii rationes conveniunt.

61. BLANDOWII, ascendens pinnatum, foliis coarctatis cordatis uniplicatis ruptinervibus: acumine obliquo dentato, operculo conico.

Hypnum *Blandovii*, foliis patentibus, margine reflexis, serrulatis, nervo superne evanescente, dorso laevibus, omnibus cordato-acuminatis; seta laevi, operculo conico. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 332. Brid. suppl. 2. p. 132.

Hypnum *affine* Crom. crypt. exsiccat. supplem. 2. n. 20.

In pratis paludosis ducatus Megapolitani prope Waren in Groſsen Bruch et Falkenhäger Wiese et Neumühlen; aestate. ♃.

Radix basilaris; praeterea totus caulis et vel ipsae foliorum florumque bases teguntur tomento, e fibris longis, ramosis, pellucidis, articulatis, basi ferrugineo-fuscis constante. *Caulis* uncias quatuor et plures longus, distiche pinnatus, ramis copiosis, tenax, compressus, ferrugineus. *Folia* basi patula, apice erecta vel subinflexa, cordata, inaequalia, ambitu irregulari, fere undulato, inflexo, acumine brevi, dentato, plica media nervum recondente, versus apicem evanescente, laevia, amoene viridia: nervus infra acumen evanescens, concolor: reticuli areolae rhombeae, subtiles, baseos folii elongatae. *Flores* monoeci, receptaculo, quasi brevissimo ramulo ferrugineo suffulti, caulis lateribus adnati. *Masculi perichaetii* folia fere viginti, cordato-ovata, acuminata, plica et nervo exiguo instructa. *Antherae* duodecim, oblongae, curvulae, luteae. *Paraphyses* paucae, filiformes, antheris aequales. *Feminei folia* sedecim, ova-

ta, interiora lanceolata, omnia acuminata, nervo et plicis duobus, tribusve apice evanescentibus notata. Perichaetia fructifera longissima. *Pistilla* octo, fusca. *Paraphyses* ut in masculis. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* triuncialis, erecta, laevis, rufa. Theca cylindrica, inaequalis, incurva, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, laxe trabiculati, lutescentes: *interni membrana* ad infimum trientem fissa, pallide lutescens, areolarum minorum seriebus trinis: *dentes* lanceolato-acuminati, haud pertusi: *cilia* gemina dentibus dimidio minora, acutissima. *Operculum* conicum, rufum. *Calyptra* subulata, albicans, apice fusca, aetate lutescens. Habitus hypni *abietini*, at majis, nitens et foliis valde diversum.

62. UMBRATUM, ascendens bipinnatum, foliis caulinis triangulariibus acuminatis enervibus plicatis serratis, operculo conico. Spec. musc. p. 263. t. 67. f. 10—12.

In umbrosis silvaticis montanis Europae mediae, vere fructiferum. ♀.

63. MINUTULUM, decumbens pinnatum, foliis ovatis acutis subsolidinervibus integerrimis, seta laevi, operculo rostrato. Spec. musc. p. 260. Stirp. cr. 4. p. 90. t. 34. Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 316.*

Ad terram et truncos arborum in America boreali. ♀.

64. GRATUM, repens bipinnatum, foliis cordato-acuminatis solidinervibus integerrimis siccitate incurvis, seta scabra, operculo rostrato.

Hypnum *gratum*, caule repente florifero, pinnato, ramis di-

stiche pinnatis; pinnulis simplicibus alternis; foliis surculorum ovato-lanceolatis, apice subulatis, siccitate crispis, costâ integrâ notatis; pinnularum subovatis, maioribus acutis; foliolis perichaetii lanceolato-subulatis; pyxidis inclinatae operculo longe rostrato, acuminato. Palisot Beauv. Aetheog. p. 64. Brid. muscol. suppl. 2. p. 142.

In terra lectum in Africae regno Oware et Benin a Palisot, in Gujana a Richardo. ♃.

Radix in caule primario sparsa. *Caulis* biuncialis, repens, bipinnatus, pinnis subrotundis, alternis, vix semuncialibus, omnibus aequalibus. *Folia* caulis cordato-acuminata, appressa, ramorum erectiuscula, siccitate basi patentia, apice inflexa, oblonga, integerrima, scabra: obesa, opaca, fusco-viridia: nervo crasso, ad apicem, ut videtur, pergente: areolis reticuli subrotundis. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi* oblongi. *Folia perichaetii* decem ovata, acutiuscula, enervia. *Antherae* sex, oblongae, subsessiles, brunneae. *Floris feminei* folia duodecim, cordata, acumine longo, tenuissimo, subdentato: nervo ad acumen evanescente. *Pistilla* octo. *Paraphyses* filiformes, albidae. *Vaginula* subcylindrica, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta, apice arcuata, scabra, ferruginea. *Theca* oblonga, subaequalis, infra os constricta, horizontalis, fusca. *Peristomii externi dentes* subtiliter trabiculati, thecae concolores basi: *interni* membrana areolarum minorum seriebus geminis, tenuis at firma, lutescens: *dentes* lanceolati, non pertusi: *cilia* probabiliter gemina. *Operculum* e convexo rostratum, triente minus quam theca, rostro recto. *Calyptra* subulata, straminea.

Minutulum saepe est pinnatum, et ubi bipinnatum est, habet pinnas inaequales acutiores; caeterum setam laevem, thecam brunneam neque constrictam.

65. DELICATULUM, decumbens bipinnatum, foliis cordatis ruptinervibus bistriatis scabris, operculo rostrato. Spec. musc. p. 260. Stirp. cr. 4. p. 87. t. 33.

Hypnum *recognitum*, trunco decumbente ramisque pinnatim divisis, operculo conoide, peristomii processibus perforatis. Spec. musc. p. 261. St. crypt. 4. p. 92. t. 35.

In nemoribus, ad aggeres regionum depressarum Europae et borealis Americae; vere fructiferum. 4.

Peristomii processus non satis accurate pinxit Hedwigius; sunt enim in Europaeo et Americano eiusdem formae et numeri. Scilicet membrana lutescens, obesa, habet areolarum minorum series trinas vel duas cum dimidia basilari, et *cilia* plerumque tria, raro duo, lineari-capillaria, isthmis cellularum nodulosa, pallida et valde fugacia; *dentes* latos, imperforatos, carinatos et veluti complicatos, quo colore plicae nigricante possent lacunas simulare. *Operculi* rostrum magis vel minus acuminatum in utroque.

Sed loco et habitu videtur mihi differre hypnum *tamariscinum*.

66. TAMARISCINUM, ascendens tripinnatum, foliis cordato-acuminatis ruptinervibus bistriatis scabris, theca arcuata, operculo rostrato. Spec. musc. p. 261. t. 67. f. 1—5.

Hypnum *protensum* Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 317. videtur non differre.

In silvis acerosis densis montium et alpium Europae, vere maturum. ♃.

67. SPLENDENS, decumbens tripinnatum, foliis cordatis cirroso-acuminatis enervibus explanatis nitidis, operculo rostrato. Spec. musc. p. 262. t. 67. f. 6—9.

In silvis montosis, inprimis acerosis Europae, vere florens. ♃.

6. *Foliis rectis erectis.*

b) *caule vage ramoso.* α) *foliis ruptinervibus striatis.*

68. SALEBROSUM, decumbens subpinnatum, foliis erectiusculis lanceolato-acuminatis ruptinervibus semi-bistriatis serrulatis, seta laevi, operculo conico. Hoffmann flor. Germ. 2. p. 74.

Hypnum *plumosum* trunco reptante ramisque primariis bifariis depressis, foliis longius acuminatis striatis, sporangiis a pedunculo laevi cernuis, operculo conico. Hedw. spec. musc. p. 257. Stirp. crypt. 4. p. 37. t. 15. exclusis synon. Linnaei et Dillenii.

Hypnum *fasciculatum*, surculis ramosis suberectis, ramis confertis teretibus gracilibus, foliis dorso laevibus, capsulis cernuis. La Marck Encycl. bot. 3. p. 177. e speciminibus

Ad saxa, muros limosos, salicum truncos Europae et Pensilvaniae, vere maturum. ♃.

69. LUTESCENS, ascendens vage ramosum, foliis lanceolato-acuminatis ruptinervibus longe bistriatis, seta scabra, operculo conico. Spec. musc. p. 274. Stirp. crypt. 4. p. 40. t. 16.

In collibus, muris argillosis, saxis, tegulis Europae et borealis Americae, vere maturum. ♃.

70. POPULEUM, ascendens vage ramosum, foliis lanceolato-acuminatis subsolidinervibus longe bistriatis, seta laevi, operculo conico. Spec. musc. p. 270. t. 70. f. 1—5.

Hypnum *implexum* Swartz. Act. Holm. 1795. p. 264. e specimine.

Hypnum *plumosum* surculis repentibus confertis, ramis brevibus sparsis bifariisque, foliis ovato-attenuatis erecto-patulis; caps. ovatis subcernuis. Swartz. musc. Suec. p. 66. exclusis synonymis.

Hypnum myosuroides sericeum tenuius, capsulis erectis. Dill. hist. musc. p. 318. t. 41. n. 53.

Leskea *plumosa* Blandow. musc. exsicc. n. 37.

In saxis et truncis arborum regionum montosarum et alpestrium Europae frequens, vere et aestate. ♃.

Hypnum *implexum* Turner muscol. Hibern. p. 173. t. 16. ex icone et descriptione videtur differre.

71. STRIATUM, suberectum: ramis vagis recurvis, foliis erecto-patulis cordato-acuminatis ruptinervibus striatis, seta laevi, operculo longirostri. Spec. musc. p. 275. Stirp. cr. 4. p. 33. t. 13.

Hypnum *longirostrum* Ehrh., Weber et Mohr, Bridel. etc.

In silvis et pomariis ad terram in Europa et boreali America frequens, vere maturum. ♃.

6. *foliis rectis erectis.*

b) *caule vago ramoso.* β) *foliis explanatis* (nec striatis)

† *operculo rostrato.*

72. PILIFERUM, decumbens vage ramosum, foliis erectiusculis ovatis mucronatis enervibus integerrimis, seta scabra, operculo rostrato. Spec. musc. p. 275. Stirp. crypt. 4. p. 33. t. 14. *

In graminosis apertis et umbrosis Europae et borealis Americae rarius, vere fructiferum. ♃.

73. SCHLEICHERI, repens ramosum, foliis remotiusculis ovato-lanceolatis seminervibus subdenticulatis, seta scabra, operculo longirostri.

Hypnum *Schleicheri*, truncus arcuatim repens, elongationibus rectis, basi sporangiophoris; pedunculo muricato; sporangiis cernuis, operculo rostrato. Hedw. filius in Weberi et Mohr Beyträge zur Naturgeschichte. 1. p. 128. t. 7. Icon et descriptio difficiles et confusae. Brid. muscol. suppl. 2. p. 110. errores quosdam Hedwigii repetiit, v. c. nervum folii radiculas edere.

β) Hypnum *curvisetum*, caule repente diviso, ramis depressis compositis, ramulis compressis, foliis subdistichis ovato-lanceolatis acuminatis semiductulosis, pedunculo arcuato muriculato, capsulae ovatae nutantis operculo deorsum curvirostro. Brid. suppl. musc. 2. p. 111.

In Helvetiae terra alpestri argillosa (non glareosa) a Schleichero, β) Romae a Bridelio lectum. ♃. Vix opus est mo-

nere, quod semper faciendum censui, me auctorum genuina specimina, Hedwigiana eadem, e quibus icon illa facta est, Brideliana ad Palisotium Beauvois missa, adhibuisse.

Radix per fasciculos ex axillis foliorum pullulans, capillacea, ferruginea, nitens. *Caulis* repens, uncialis aut sesquuncialis, ramos crebros, saepe ramosos exserens, interdum subpinnatus, iuvenilis saepe apice foliorum rudimentis exiguis adspersus, quasi calvus. *Folia* sparsa, erecto-patula, remotiuscula, ovato-lanceolata; ramulorum lanceolata, parum concava, subtiliter denticulata, pallide aut lutescenti viridia: nervo debili, in medio folio evanescente, interdum vix conspicuo, concolori: areolis reticuli elongatis. *Flores* monoeci, cauligeni: *masculus* ovatus: *folia* ovata, mucronata, erecta, enervia et *antherae* octo, oblongae; *paraphyses* antheris paullo longiores, sed numero parum copiosiores: *feminei* oblongi, turgidi, foliorum longitudine: *perichaetii* folia sedecim ovata, maturitate acumine longo, arcuatim reflexo, denticulato, enervia. *Pistilla* viginti, fusca. *Paraphyses* illis copiosiores et paullo longiores, filiformes, articulis brevibus, albidae. *Vaginula* ovata, virens, apice fusca. *Seta* uncialis, erecta, tuberculis creberrimis scabra, fusca. *Theca* ovata, turgida, inaequalis, ex horizonte assurgens, subscabra, fusca. *Peristomii externi* dentes anguste trabiculati, fusci, apice ferruginei; *interni membrana* lutescens, areolarum minorum seriebus ternis: *dentes* lineari-lanceolati, lacunosi: *cilia* bina, dentium fere longitudine, angusta. *Operculum* convexum, rostro thecam aequante, acutissimo, declivi.

β) omnibus partibus minus et colore obscure viridi.

Simillimum h. *praelongo*, quod differt foliis caulinis cordatis patulis, evidenter serratis et nervo tres folii quadrantes emetiente valido, caule longo. H. *confertum*, cui Weberus illud associat, differt theca subcylindrica et seta laevi, colore et loco natali.

74. MEGAPOLITANUM, decumbens vage ramosum, foliis laxis ovato-lanceolatis seminervibus denticulatis, seta laevi, operculo longirostri.

Hypnum *Megapolitanum*, foliis laxis, erecto-patentibus, ovato-acuminatis, margine subplanis, subintegerrimis, nervo ad $\frac{2}{3}$ evanescente; seta laevi; sporangio cernuo, operc. rostrato. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 325. Brid. suppl. musc. 2. p. 188. saltem specimina Germanica.

Ad terram et supra ligna putrida in Ducatu Megapolitano legit Blandow. ♃.

Radix per imum caulem fasciculatim sparsa. *Caulis* biuncialis, decumbens, parce ramosus, apice simplex, et interdum ibi attenuatus. *Folia* sparsa, erectiuscula, nec unquam vere patentia, ovato-lanceolata, parum concava, denticulata imprimis versus apicem, amoene viridia, caulina brunneo-viridia: nervo tenui, medio evanescente, concolori: areolis reticuli elongatis, contiguis. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi perichaetii folia* 14, ovata, acuta, enervia. *Antherae* sex, quaedam saepe minus completae. *Feminei perichaetii folia* ovata, acuta; postea ovato-acuminata, acumine longo, curvato, externa se-

minervia, interiora vestigio nervi brevi et tandem nullo notata. *Pistilla* decem, fusca. *Paraphyses* in utroque flore copiosae, filiformes, pellucidae. *Vaginula* oblonga, virens, apice fusco. *Seta* sesquiuncialis, erecta, flexuosa, apice curvata, interdum angustia loci in cochlearem gyrum flexa, siccitate tortilis, laevis, ferruginea. *Theca* oblonga, inaequalis, horizontalis, fusca. *Peristomii externi dentes* trabiculati: *interni membrana* crassiuscula, lutescens: areolarum, omnium brevium, minorum seriebus geminatis: *dentes* lanceolato-acuminati, facile in duo crura solubiles, apice cohaerentia, areolarum isthmis, in caeteris speciebus lacunarum interstitia formantibus, minus evidentibus: *cilia* solitaria, dentium longitudine, lanceolato-acuminata, isthmis conspicuis. *Operculum* e convexo rostratum, rostro curvato, thecam fere aequante, obtusiusculo, concolor. *Calyptra* latere fissa, straminea, apice puncto fusco.

Differt *praelongum* foliis toto margine serratis ovatis patentibus, nervo tres folii quadrantes aequante, caule pinnato, operculo acutissimo.

75. ALGIRIANUM repens exiguum: ramis brevibus approximatis, foliis sparsis lanceolato-acuminatis seminervibus denticulatis, operculo rostrato.

Hypnum *Algirianum* caule repente diviso, ramulis simplicibus compositisque fasciculatis erectiusculis, foliis primariis surrectis subhomomallis, rameis laxissime imbricatis lanceolato-linearibus integerrimis nervo continuo, capsulae ovatae nutantis operculo curvirostro. Brid. suppl. muscol. 2. p. 162.

Hypnum *tenellum*, ramis erectis confertis simplicibus, foliis setaceis erecto-patentibus, capsulis inclinatis, operculo cuspidato. Dicks. fasc. 4. p. 16. tab. 11. f. 12. Smith flora Brit. 3. p. 1508. qui (injuste) folia enervia, Turner muscol. Hibern. p. 170. qui folia uninervia dicit; e specimenibus Smithii.

Hypnum *exiguum* Blandow musc. exsicc. fasc. 2. n. 93.

Pterigynandrum *Algirianum*, Brid. muscol. 2. 1. p. 65. t. 4. f. 1.

In saxis et ad arborum imos truncos Barbariae, Angliae, Germaniae borealis, Helvetiae, in Italia media auctore Bridelio; vere fructiferum. ♃.

Radix capillacea, cauli hic illic adnata. *Caules* in densos caespites congesti, repentes, sesquiunciales, apice quandoque foliorum rudimentis quasi spinulosis adspersi: rami copiosi, densi, simplices aut fasciculato-subramosi, erecti. *Folia* sparsa, semierecta, lanceolato-acuminata, summa angustiora, paulum concava, apice inaequaliter dentata, e luteo aut intense viridia: nervo crasso concolori, in medio folio evanescente: reticuli areolis oblongis, grossioribus, fere ut in hypno *denticulato*. Folia, ubi a dorso conspiciuntur, interdum videntur nervo continuo instrui; in supinam faciem reposita vero eadem nervum dimidiatum habere observantur. *Flores* dioeci: *masculi* rariores, exigui, sordide virides: *folia perichaetii* sex enervia, ovato-acuminata, grosse reticulata. *Antherae* quatuor aut sex ovatae, turgidae, perichaetio dimidio minores, sordide virentes.

Feminei flores caulinis foliis fere aequales: *perichaetii folia* ex ovato- vel lato-lanceolato acuminata, enervia. *Pistilla* sex. *Paraphyses* in utroque flore nullae. *Vaginula* oblonga, fusco-virens. *Seta* semuncialis, erecta, crassiuscula, areolis cellulosi parenchymatis protuberantibus, non autem vere scabra, rufa. *Theca* oblonga, inaequalis, paullum declinata, ore tumido, brunneo. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, trabiculati, fusco-lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus subgeminatis: *dentes* lineari-lanceolati, solidi: *cilia* solitaria, capillaria. *Operculum* e convexo rostratum, theca paullo brevius, rubellum.

Bridelius in supplemento foliorum nervum ad apicem excurrere et eundem in perichaetio adesse perhibet: mihi neque in Africanis nec Europaeis speciminibus haec observare contigit.

6. *Foliis rectis erectiusculis.*

b) *caule vage ramoso.* β) *foliis explanatis* (nec striatis).

†† *operculo conico.*

* *foliis ruptinervibus.*

76. PLUMOSUM, repens subpinnatum, foliis lanceolatis ruptinervibus subintegerrimis coloratis, seta scabriuscula, peristomii ciliis brevissimis.

Hypnum *pseudoplumosum*, caule repente, ramis confertis suberectis teretibus, foliis imbricatis ovato-lanceolatis integerrimis nervo ultramedio, capsulae suberectae operculo conico acuto. Brid. suppl. 2. p. 159.

Hypnum *asperulum*, caule repente diviso, ramis erectis confertis teretiusculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis subhomomallis acumine subserrulato nervo ultramedio, pedunculo superne asperulo, capsulae obovatae inclinatae operculo conico. Brid. suppl. 2. 169. collatis specimini-bus ad Palisot. missis.

Leskea *plumosa*, surculis repentibus pinnatis, ramis brevibus confertis rectis, foliis imbricatis ovato-acuminatis; capsulis oblongis operculisque acutis erectis. Swartz musc. Suec. p. 69. Web. et Mohr. crypt. Germ. p. 312, qui, annuente per literas Swartzio, ad hypna recte referunt.

Hypnum repens filicinum plumosum. Dill. musc. p. 280. t. 36. f. 16.

In saxis Sueciae lectum Persoono misit Swartzius; caetera specimina e Germaniae variis locis habeo. ♃

Radix per caulem sparsa. *Caulis* 3—4 uncias longus, repens, pinnatus vel brevior et vage ramosus: ramis et ramulis semuncialibus, ascendentibus. *Folia* densa, recta et erecta, fere imbricata, quandoque paulum secunda, lato-lanceolata, acuta, apice denticulata, concava, nitentia, saturate viridia; ramorum rufo-lutea: nervo mox ultra medium evanescente, concolori: areolis reticuli laxis, parallelogrammis. *Flores* monoeci, copiosi et conferti: *masculi* ovati, obtusi: *folia* quatuordecim ovata, acuta, intima enervia. *Antherae* duodecim vel plures, turgidae, brunneae. *Paraphyses* paucae, articulis ovatis, antheris longitudine aequales. *Feminei* floris folia 14, ovato-acu-

minata, apice reflexa, carinata, nervo tenui vix conspicuo. *Pistilla* duodecim, fusca. *Paraphyses* plurimae, longiores. *Vaginula* cylindrica, brunnea. *Seta* uncia paullo altior, erecta, scabra, parum tortilis. *Theca* ovata, basi coarctata, inaequalis, ascendens, brunnea. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, lineari-lanceolati, luteo-brunnei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus geminatis, lutea, striis 16. obscurioribus: *dentes* lanceolati, quatuor lacunis: *cilia* gemina, dentibus triplo minora, capillaria. *Operculum* e Swartzio conicum, acutum. *Calyptra* subulata, virens, apice fusco.

Weber et Mohr setam laevem et folia subbinervia dicunt, (quae non talia video) et propterea forte hanc Leskeam *plumosam* ab h. *pseudoplumoso* distinguunt.

Descriptio nostra facta est e speciminibus Swartzianis; cum his exacte conveniunt copiosa exempla hypni *pseudoplumosi*, quoad et maiores et subtilissimas partes. Cilia tantum peristomii interioris paullo longiora sunt, quod non magni momenti res est. *Operculum* in *pseudoplumoso* conicum est, minimo mucrone auctum. *Calyptra* subulata, albida, apice fusco.

Turnerus hypni *plumosi* herbarii Dilleniani synonymon facit hypnum *pseudoplumosum*, quod a Schradero genuinum habuit; utrique setam glabram tribuit, sed semper scaberulam ipsam vidi.

77. ASPRELLUM, decumbens decompositum, ramis ascendentibus curvatis, foliis remotiusculis triangulari-acuminatis serratis, seta laevi.

In Carolinae humosis lectum dedit Richard, vitio typographi omissum in flora boreali Americana. ♃.

Radix ad infimum caulem. *Caulis* biuncialis, vage ramosus, ramis subpinnatis: ramulis arcuatis. *Folia* remotiuscula, fere bifariam imbricata, e triangulari acuminata, acumine lineari brevi, serrulato ut ipsum folium, submarginata, pellucida, nitida, amoene viridia: nervo versus apicem evanescente, concolori: areolis reticuli elongatis, contiguis. *Flores* monoeci in caule, ramis et ramulis: *masculi* superius plerumque positi, ovati. *Folia* sedecim, ovato-acuminata, enervia. *Antherae* decem, oblongae, curvulae, brunneae. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, articulis subrotundis, limpidae. *Floris feminei* folia oblongo-acuminata. *Pistilla* et *paraphyses* copiosae. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* uncialis, erecta, laevis, siccitate parum tortilis, rufo-fusca. *Theca* oblonga, inaequalis, curvula, nigro-fusca. *Peristomii externi dentes* crassi, grosse trabiculati, fusci, apice ferruginei: *interni membrana* obesa, lutea, areolarum minorum seriebus geminis, ternisve: *dentes* lanceolati, una vel altera lacuna pertusi: *cilia* solitaria, dentibus dimidio fere breviora, capillaria. *Operculum* conicum, mucronulatum. *Calyptra* straminea, apice fusco.

Simillimum h. *plumoso* structura partium subtiliorum, sed diversum caule magis composito, ramis remotioribus, foliis remotis, bifariam subimbricatis, seta laevi, colore intense viridi et nitore.

78. POLYRHIZON, decumbens subpinnatum, ramis undique ra-

dicantibus, foliis ovatis ruptinervibus denticulatis, operculo conico brevirostri acutissimo.

Hypnum *polyrhizon* caule repente ramoso subpinnato, ramis simplicibus declinatis apice radiculosis, foliis laxe imbricatis patentiusculis ovato-lanceolatis, acuminatis mediotenus nervosis, capsulae cernuae operculo conico acuminato. Brid. suppl. musc. 2. p. 176.

In America boreali lectum dedit cl. Palisot Beauvois. ♃.

Radicularum fasciculi in caule et ramis longi, e capillis compactis. *Folia* caulis ovata, acuta; ramorum lanceolata, apice denticulata, concava; omnia erectiuscula, rigida, sordide viridia; nervo duos folii trientes aequante, concolori: areolis reticuli fere rhombeis. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi folia* duodecim, ovata, breviter acuminata, apice reflexa, enervia. *Antherae* decem. *Paraphyses* non vidi. *Perichaetii feminei* folia angustiora, reflexa. *Vaginula* ovata, turgida, virens apice fusco. *Seta* sesquiuncialis, erecta, laevis. *Theca* ovata, inaequalis, ascendens, brunnea. *Operculum* conicum, acumine brevi, incurvo, acutissimo, brunneum.

Differt a *plumoso* rigiditate, radiculis ramulorum et operculo.

79. RUTABULUM, decumbens vage ramosum, foliis laxis ovato-acuminatis seminervibus serrulatis, seta scabra, operculo conico. Spec. musc. p. 276. Stirp. crypt. 4. t. 12.

Hypnum *flavescens* caule procumbente, vage diviso, ramificationibus subpinnatis, foliis dense imbricatis ovatis acu-

tis rigidis nervo ultramedio plicâ dorsali striisque lateralibus, pedunculis scabris, capsulae cernuae-operculo conico apiculato. Brid. suppl. 2. p. 185.

Ad terram et truncos arborum omnis Europae et borealis Asiae; vere maturum. ♃.

Hypnum *flavescens*, quod ipse quoque prope Muggendorf Franconiae legi, non differt nisi foliorum striis, nota nec huic constanti, nec *rutabulo* semper deficiente.

† DISTANS, repens subpinnatum; ramis apice incurvis, foliis ovatis acutis serrulatis solidinervibus bistriatis, floribus albidis.

Hypnum *distans*, caule repente diviso, ramis complanatis erectiusculis apice incurvis distantibus simplicibus compositisque, foliis imbricato-appressis subdistichis ovatis acutiusculis serrulatis nervo tandem evanido. Brid. muscol. suppl. 2. p. 109.

In Italiae herbidis lectum misit cl. Bridelius. ♃.

Radix in caule sparsa, rariuscula. *Caulis* duas vel tres uncias longus, repens, pinnatus, ramis longitudine aequalibus, erectis, apice incurvis; caulis itaque in modum Neckerae *curtipendulae*, ubi sterilis arborum cortici illa adhaeret, serpere videtur. *Folia* erecta, minus densa, ovato-lanceolata, irregulariter-serrulata, stria ad utrumque marginem abbreviata; amoene viridia: nervo ad apicem, ut videtur, perdurante, concolori: reticuli areolis subrotundis, ubique aequalibus. *Flores masculi* in caule ad axillas ramorum, magni, globosi, albidi. *Folia*

perichaetii decem, ovata, acuminata, alba: enervia: areolis reticuli elongatis, parallelis. *Antherae* 25, ovatae, turgidae, subsessiles, sordide luteae. *Paraphyses* filiformes, antheris paullo longiores, multo tenuiores, albidae.

Habitu et foliorum structura propius accedit ad Leskeam *paludosam*, sed folia non heteromalla, nervo minus conspicuo et floris structura peculiaris; ad Leskeam licet videatur pertinere, nolui eius nomen mutare, usquedum eius genericus character aut synonymon inter notas species inventum sit.

80. CAPILLACEUM, repens subpinnatum, foliis remotis lanceolato-acuminatis seminervibus serratis albidis, seta laevi, operculo conico.

Hypnum *capillaceum* caule repente diviso simpliciter pinnato ramulis complanatis attenuatis incurviusculis, foliis laxissime imbricatis subdistichis patulis lato-lanceolatis serrulatis mediotenus obscure ductulosis, capsulae oblongo-ovatae cernuae operculo conico. Brid. suppl. 2. p. 174.

Hypnum *salebrosum* v. *capillaceum*. Web. Mohr crypt. Germ. p. 315.

In Silesiae montosis lectum miserunt Starke et Bridel. ♃.

Radix per fasciculos in caule et ramis decumbentibus hic illic pullulans, capillacea, ferruginea. *Caulis* 4—6 uncias longus, decumbens, irregulariter pinnatus, apice subsimplex. *Folia* sparsa, remota, erectiuscula, siccitate paulum crispula, e lanceolato longe acuminata, toto ambitu serrata, parum concava, maxime pellucida, tenera, pallide virentia seu albicantia:

nervo ad medium evanescente, concolori: areolis reticuli valde laxis et conspicuis, elongatis, singulis ad folii marginem in dentem prominulis *Flores monoeci*, cauligeni. *Masculi* ovati. *Folia* duodecim, ovato-acuminata, enervia, pallida. *Antherae* fere plures, oblongae, turgidae. *Paraphyses* eadem longitudine, filiformes, limpidae. *Feminei* folia octodecim, lanceolata, acumine longissimo, totam folii altitudinem aequante, tenuissimo, dentato: extima nervi exigui vestigio; interiora nullo. *Pistilla* et *paraphyses* copiosae. *Vaginula* oblonga, virens. *Seta* biuncialis, erecta, laevis, siccitate tortilis, ferruginea. *Theca* ovata, turgida, incurva (siccitate Bartramiarum aemula sed absque striis) fusca. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, fusci, apice lutescentes: *interni membrana* lutescens, areolis plus duplo latioribus quam altis: minorum seriebus ternatis: *dentes* e lanceolato subulati, lacunis confluentibus in duo crura, apice solo subulato cohaerentia, fissi, areolarum isthmis decem in parte basilari fissa: *cilia* gemina, capillaria, nodulosa. *Operculum* conicum, mucronulatum, thecae concolor. *Calyptra* campanulato-subulata, albida aut livido-alba. *Annulus* deest.

Maius hypno *rutabulo* et *Starkii*, et ab utroque seta laevi et foliis angustis, tenuissimis, diversum.

81. STARKII, repens subpinnatum: ramis incurvis, foliis erecto-patulis cordato-acuminatis subsolidinervibus serratis, seta scabra, operculo brevi.

Hypnum *Starkii* Brid. foliis laxis subpatentibus cordato-acu-

minatis margine subplanis serratis, nervo sub summo apice evanido, seta scabra, operculo conico. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 309. Brid. muscol. suppl. 2. p. 166.

Ad truncos putridos silvarum in Silesia Starke, in Saxonia metallifera Bock, et monte pinifero Franconiae Funk legerunt. 4.

Radix per fasciculos in caule et ramorum basi sparsa, capillacea, ferruginea. *Caulis* repens et decumbens, ramis crebris, erectis et curvatis, simplicibus, quibusdam subramosis. *Folia* ima basi erecta, caeterum paullum patula, cordato-acuminata, basi concava, versus apicem planiuscula, toto ambitu cellulis prominulis grosse serrata, absque nitore, pellucida, amoene viridia: nervo crasso, concolori, pone apicem evanescente: areolis reticuli elongatis, maiusculis. *Flores* monoeci, mixti cauli dense adnati. *Masculi* luteo-virides, oblongi. *Folia perichaetii* duodecim, ovata, acuminata, apice serrata, enervia. *Antherae* quatuor vel sex, oblongae, curvulae, filamento notabili. *Paraphyses* vix totidem, tenerrimae, filiformes. *Feminei flores* saepe radiculis donati, oblongi, acuminati, albicantes. *Folia perichaetii* decem, ovata, longius acuminata, maiora, quam similium hypnorum, apice serrata, enervia, laxe reticulata. *Pistilla* octo, fusca. *Paraphyses* copiosae, tenerrimae, filiformes, pellucidae, *Vaginula* oblonga, virens. *Seta* sesquiuncialis aut biuncialis, erecta, scabra, parum tortilis, fusca. *Theca* ovata, brevis, fusca. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, luteo-fusci: *interni membranae* luteae areolarum minorum serie-

bus trinis vel quaternis, superne angustioribus: *dentes* lanceolati, solidi: *cilia* bina vel terna, capillaria, e simplici ordine areolarum. *Operculum* breve conicum, exiguo mucrone obtuso munitum, e luteo fuscum. *Calyptra* subulata albida.

Differt a *velutino* et *intricato* nervo et seta praelongis, ramis curvatis et reticulo foliorum laxo, dentibus longioribus quam in plerisque hypnis borealibus, a *reflexo* magnitudine dupla, foliorum reticulo laxo, et caule.

32. VELUTINUM, repens vage ramosum, foliis confertis ovato-lanceolatis seminervibus dentatis, seta scabriuscula, operculo conico. Spec. musc. p. 272. Stirp. cr. 4. p. 70. t. 27.

Ad truncos arborum, aggeres murosque vetustos Europae et Pensilvaniae, vere. ♃.

33. INTRICATUM, repens vagum, foliis erectiusculis lanceolato-acuminatis ruptinervibus serratis, seta scabra, operculo conico. Spec. musc. p. 271. Stirp. crypt. 4. t. 28.

Hypnum *viride* Decand. fl. Gall. 2. p. 556. secundum specimina in herbariis Parisinis.

Ad truncos arborum, et aggeres silvarum valde implicitum, vere maturum. ♃.

Foliis angustioribus, remotis, nervo longiori, et statura duplo minori, differt a *velutino*, quod etiam rarius occurrit.

34. GRAMINICOLOR, repens ramis erectis, foliis lanceolatis ruptinervibus argute serratis, seta brevi, operculo conico rotundato.

Hypnum *graminicolor* caule repente ramis subsimplicibus erectiusculis, foliis laxis subalternis cordato-lanceolatis acuminatis toto ambitu argute serratis nervo subcontinuo. Brid. muscol. suppl. 2. p. 251.

In Pensilvania ad terram et ligna lectum misit rev. Mühlenberg. ♃.

Radix per fasciculos in caule et ramis sparsa, capillacea. *Caulis* repens, uncias duas vel quatuor longus, subdivisus et ramosus: ramis erectis, simplicibus raro ramosis, unciae duos trientes aequantibus. *Folia* non valde densa, erecta, in ramis fructiferae plantae densiora et fere imbricata, lanceolato-acuminata, tenuia, pellucida, toto ambitu serrata, dentibus argutis, patentibus, amoene vel e luteo viridia: nervo versus apicem evanescente, concolori: areolis reticuli subquadratis, valde laxis. *Flores dioeci* videntur: *feminei* in caule et basi ramorum. *Folia perichaetii* decem; exteriora ovata acuminata, lata, et vaginantia, interiora e lanceolato longe acuminata, enervia. *Pistilla* 6—14, fusca. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes acutae. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* semuncialis, erecta, crassa, siccitate vix tortilis, ferruginea. *Theca* oblonga, inaequalis, ascendens, brunnea. *Peristomii externi dentes* linearilanceolati, subtiliter trabiculati: *interni membrana* pallide lutescens, areolarum minorum seriebus solitariis: *dentes* linearilanceolati, bipartibiles: *cilia* his aequalia, solitaria. *Operculum* thecae fere longitudine, conicum, rufum, apice rotundato, fusco. *Calyptra* subulata, albovirens, apice fusco.

† BUCHANANI, caule procumbente: ramis erecto patulis, foliis ovatis acuminatis subserratis uninervibus, capsulâ cernuâ, operculo conico obtuso. Hooker in act. soc. Linn. Lond. 9. p. 320. t. 28. f. 3.

Nepal. ♃. Plantam non vidi.

85. RADICALE, decumbens subramosum, foliis patulis remotis cordato-lanceolatis seminervibus integerrimis, seta strumosa longissima.

Hypnum *radicale;* caule repente, surculis simplicibus et divisis, foliis angustis, lanceolatis, apice subulatis, perichaetialibus capillaribus; floribus radicalibus; pyxide inclinatâ et falcatâ, basi pyriformi, intus carnosâ; tubo longissimo; operculo conico mammillari. Palisot Beauv. Aetheog. p. 68. Brid. muscol. suppl. 2. p. 248.

Hypnum *humile;* caule repente ramoso, simpliciter et apice tantum pinnatifido; foliis lanceolato-subulatis; costâ media et striâ utrinque laterali notatis; pyxidibus ovatis, paulum inclinatis. Palis. B. Aetheog. p. 65. fide Bridelii.

Hypnum *debile* caule procumbente filiformi vage ramoso, ramis depressis longiusculis, foliis inferioribus laxis supremis approximatis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis nervo subcontinuo, pedunculis longis tenuissimis; capsulâ cernuâ. Brid. suppl. 2. p. 250.

In America boreali lectum communicavere Palisot et Richard. ♃.

Radix basilaris, et rarius sparsa in caule. *Caulis* uncia-

lis, decumbens, apice saepe radicans, ramis aliquot subramosis, virens. *Folia* sparsa, remota, siccitate et madore patula quidem, sed non recto angulo, semiamplexicaulia, cordata, basi valde prominula, lanceolata et saepe acuminata, integerrima aut vix notabilibus denticulis, basi parum concava, caeterum plana, pellucida, pallide viridia: nervo medio evanescente, concolori: areolis reticuli oblongis, subtilibus. *Flores monoeci*, cauligeni, radicantes: *masculorum folia perichaetii* decem, ovato-acuminata. *Antherae* quinque, oblongae, brunneae. *Paraphyses* nullae. *Feminei folia* quindecim, cordato-acuminata, interiora lanceolata, seminervia, apice patentia, pallida. *Pistilla* 8—12, fusca. *Paraphyses* paucae, filiformes, pistillis paullo longiores, albidae. *Vaginula* cylindrica, virens. *Seta* uncias duas cum dimidia alta, erecta, basi flexuosa, apice incrassata, rufa. *Theca* subcylindrica, inaequalis, horizontalis, viridi-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, acuminati, anguste trabiculati, linea baseos media notati, thecae concolores. *Peristomii interni membrana* areolarum minorum seriebus solitariis, lutescens: *dentes* acutissimi, absque lacunis: *cilia* illos subaequantia, capillaria, acutissima. *Operculum* conicum, acutissimum, luteo-rufum, siccitate tantum mammillatum.

Seta, ratione caulis praelonga, facile dignoscitur, caeterum h. *serpenti* simile est; sed differt illud foliis lanceolatis, erectiusculis, laxe reticulatis quasi vesiculosis.

Tab. XC. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. pars caulis, 3. folia caulis, 6. perichaetii augm. II. Fig. 4. fo-

lii apex augm. IV. Fig. 5. perichaetium, 7. theca augm. I. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

86. INORDINATUM repens brevissimum ramosum, foliis strictis lanceolatis seminervibus integerrimis: perichaetii plicatis, operculo conico.

Hypnum *inordinatum* caule repente inordinato subpinnatimque ramoso, ramulis brevissimis, foliis imbricatis patentibus anguste ovato-lanceolatis ad medium usque ductulosis margine integerrimis, primariis apice piliformi-secundis, pedunculo longissimo, capsulâ cernuâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 182.

In Pensilvania mense Maio lectum misit Mühlenberg. ♃.

Radix caulem dense operiens, capillacea, fusca. *Caulis* semuncialis, repens, ramis crebris, subsimplicibus, 2—4 lineas longis, subpinnatus: plantae plures arcte irretitae. *Folia* recta, stricta, sed non appressa, unde rami nullo modo teretes dici possint, apice ramorum interdum homomalla, lato-lanceolata, integerrima, concava, absque nitore e viridi lutea, aut brunnea: nervo ad medium folium evanescente, concolori: reticuli areolis linearibus, subtilibus. *Floris feminei folia perichaetii* decem, lanceolata, stricta, plicis tribus, quorum media nervum involvit, totum fere folium percurrentibus, pallide lutea. *Pistilla* octo, fusca. *Paraphyses* filiformes. *Vaginula* oblonga, virens. Seta sesquiuncialis, erecta, parum tortilis, ferruginea. *Theca* subcylindrica, inaequalis, saepe paulum incurva, brunnea. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, luteo-fusci:

interni membrana lutea, areolarum minorum seriebus geminis: *dentes* lineari-lanceolati, valde compressi: *cilia* capillaria, dentium longitudine, solitaria. *Operculum* conicum, thecae concolor.

Color hypni *stellati* minoris. Distinguitur ab omnibus brevissimo et dense ramoso caule.

87. FRAGILE, repens ramis brevissimis, foliis ovato-acuminatis seminervibus integerrimis: perichaetii plicatis, operculo conico elongato.

Hypnum *fragile* caule procumbente fragili, ramulis brevissimis erectiusculis confertis, foliis imbricatis patentissimis subreflexis ovato-acuminatis integerrimis nervo ultramedio, perichaetialibus striatis, capsulae cernuae operculo conico incurviusculo. Brid. muscol. suppl. 2. p. 198.

In Pensilvania lectum misit Mühlenberg. ♀.

Radix capillacea, hic illic in caule et quandoque in ramis proveniens, fusca. *Caulis* uncialis, repens, subdivisus, ramis crebris, aequalibus longitudine, subsimplicibus, erectis, in sicco et humido statu valde fragilibus. *Folia* sparsa, erectiuscula saepe subsecunda, e cordato vel ovato acuminata, integerrima, concava, margine inflexo, tenuia, amoene aut lurido-viridia: nervo medio evanescente, concolori: areolis reticuli minutissimis, parallelogrammis. *Flores* ut videtur dioeci: *masculos* non habui. *Feminei* ad caulem et ramorum bases oblongi, acuminati, foliis caulinis maiores. *Folia perichaetii* sedecim, stricta: exteriora ovato-acuminata; interiora e lanceolato longe acumi-

nata, maturitate duabus striis cum dimidia intermedia seu plicis notata. *Pistilla* decem vel viginti, fusca. *Paraphyses* copiosiores, longiores, filiformes, pellucidae. *Vaginula* ovata, fusca. *Seta* fere sesquiuncialis, caule longior, erecta, laevis, ferruginea. *Theca* cylindrica, inaequalis, horizontalis, curvula, fusco-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, trabiculis remotiusculis, prominulis, lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus solitariis: *dentes* lanceolato-acuminati, acutissimi, solidi: *cilia* capillaria, acutissima, dentibus paullo minora. *Operculum* conicum, elongatum, thecae dimidiae aequale, concolor, rectum, siccitate subreflexum.

Distinguitur brevibus ramis, theca cylindrica operculoque longiorihus et perichaetio in his pusillis hypnis rarius striato.

88. PACHYPOMA, repens brevissimum, foliis remotis lanceolato-acuminatis ruptinervibus serratis, operculo cylindrico-conico.

Communicavit clar. Desvaux, terrigenum, forte ex America australi oriundum. ♃.

Radix in caule et floribus, multis fibrillis rigidis sparsis. *Caulis* semuncialis aut uncialis: ramis crebris brevibus, saepe incurvis. *Folia* remota, erectiuscula, quandoque paullum homomalla, lanceolato-acuminata, planiuscula, toto ambitu serrata, pellucida, pallide viridia aut lutescentia: nervo crasso in ultimo triente folii evanescente, concolori: areolis reticuli conspicuis, elongatis, subtilissimas strias formantibus. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi* ovati, brunnei. *Folia* duodecim

ovata, acuminata, enervia. *Antherae* totidem, ovatae, curvulae, brunneae. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, limpidae. *Feminei floris folia* octodecim, ovata, acumine longissimo, fere capillari, subdentato, enervia. *Pistilla* decem. *Paraphyses* limpidae. *Vaginula* cylindrica. *Seta* sesquiuncialis, erecta, siccitate tortilis, ferruginea. *Theca* ovata, brevis, inaequalis, cernua, brunnea. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, brunnei: *interni* membrana lutescens, profunde fissa, areolarum minorum seriebus ternatis: *dentes* lanceolati, tribus lacunis: *cilia* bina, capillaria, dentium fere longitudine. *Operculum* e cylindrico conicum, thecae fere longitudine, obtusissimum, centro foveolatum, rufum. *Calyptra* subulata, straminea.

** *foliis subenervibus.*

89. SERPENS, repens gracillimum, foliis exiguis lanceolato-acuminatis subenervibus integerrimis, laxe reticulatis, theca incurva testacea. Spec. musc. p. 263.

Hypnum *tenue* surculo repente: ramis filiformibus erectis, foliis ovato-acuminatis nervosis remoto-patulis, capsulis oblongis cernuis, operculo conico. Schrad. Crypt. exsicc. n. 81.

Hypnum *spinulosum* rostratum tenerum: ramulis vagis subsimplicibus; foliis exiguis patentibus ceu spinulosis, perigonialibusque ductulosis, sporangiis cernuis. Spec. musc. p. 269. t. 69. f. 5 — 10.

Hypnum *contextum* repens, ramulis subramosis capilliformi-

bus erectiusculis, foliis exiguis acuminatis patentibus ductulorum fasciculo ad duas tertias paginae pertingente, operculo conoide. Spec. musc. p. 278. t. 72. f. 5—12.

In truncis putridis ad terram in omni Europa et boreali America frequentissimum, vere et tota aestate pluviosa maturum. ♃.

Maxime variat magnitudine setae, thecae et caulis. Facile agnoscitur tenuitate et parvitate foliorum eorumque contextu laxo, quasi vesiculoso. *Folia* aut nervi nullum vestigium, aut nervum medio evanescentem, aut nervum altius perdurantem habent, magis erecta aut magis patentia sunt, quare tam saepe videtur eius nomen latuisse. Thecae figura et color e luteo brunneus seu testaceus, inprimis ubi semina eiecta sunt, speciem facile prodit. Vix datur exemplum tantae inconstantiae nervi in ullo hypno, sed sunt eadem in Weisiis et dicranis quibusdam.

* * *

Hypnum *intortum* et *crassiusculum* possent huc collocari; sed folia etiam in statu sicco potius patula, quam erecta sunt.

6. foliis rectis erectiusculis.

b) caule vage ramoso. β) fol. explanatis.

†† operculo conico.

**** foliis solidinervibus.*

90. MICROPHYLLUM, decumbens subpinnatum, foliis ovatis solidinervibus bistriatis, seta longa, operculo conico. Spec. musc. p. 269. t. 69. f. 1—4.

In Iamaica et Pensilvania ad terram. ♃.

91. TENAX, repens vagum, foliis ovato-acuminatis solidinervibus integerrimis, seta longa, operculo conico mucronulato. Spec. musc. p. 277. t. 71.

In America boreali. ♃.

92. ORTHOCLADON, decumbens bulbiferum, ramis simplicibus, foliis ovatis solidinervibus integerrimis, operculo conico.

Hypnum *orthocladon;* caule repente nudo, ramoso; ramulis simplicibus erectis; foliis ovatis, acutis perichaetialibus lanceolatis nervo valido instructis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 57.

In America boreali legerunt Palisot et Mühlenberg. ♃.

Radix fibrillae paucae, fasciculatae. *Caules* unciales, decumbentes et valde irretiti: rami simplices, tenues, quidam apicem versus incrassati, subcarnosi. *Folia* dissita, erecta, ovata, acutiuscula, integerrima, concava, subopaca, obscure aut flavescenti viridia: nervo crasso, ad apicem ducto, concolori vel lutescente: areolis reticuli rhombeis, exiguis, ubique fere aequalibus. *Flores monoeci*, cauligeni: *masculi* pauciores, foliis caulinis dimidio breviores, ovati, truncati: *folia perichaetii* duodecim ovata, acuta, enervia. *Antherae* decem, oblongae, brunneae. *Paraphyses* filiformes. *Feminei floris folia* exteriora ovata, interiora lanceolata, tenuia, pellucida, laxe reticulata, straminea: nervo crasso ad medium ducto. *Paraphyses* et *Pistilla* copiosa. *Vaginula* subcylindrica, fusca. *Seta* sesquiuncialis aut biuncialis, erecta, siccitate tortilis, laevis, rubra.

Theca teretiuscula, inaequalis, curvula, horizontalis, brunnea. *Operculum* conicum. *Calyptra* subulata, albida.

In axillis foliorum aut ad apices ramulorum nascuntur bulbi e foliis ovatis, obtusis, iuniores florum masculorum magnitudine et saturate virentes, adulti magnitudine dimidii pisi, virides aut lutescentes; vel in eorum loco incrassantur ramorum extremitates et deformantur. Hac spuria generatione impeditur fructuum maturitas, ut rarissime theca perficiatur, quare neque potui peristomium evolvere. Caeterum planta similis est multis modis hypno *fluviatili*.

93. FLUVIATILE, decumbens valde ramosum, foliis coarctatis lanceolatis integerrimis: nervo crasso continuo, operculo conico. Spec. musc. p. 277. t. 71. f. 4.

Hypnum *fallax* caule procumbente pinnato, pinnis confertis simplicibus compositisque inaequalibus teretibus acutis, foliis laxe imbricatis patulis cordato-lanceolatis acuminatis nervo excurrente, capsulae ovatae inclinatae operculo e basi convexâ rostellato. Brid. suppl. 2. p. 235. Muscolog. 2. 2. p. 66. t. 2. f. 1.

Hypnum *Seligeri* caule procumbente diviso irregulariter pinnato, pinnis apice incurvis, foliis imbricatis ovato-subulatis carinatis secundis subfalcatis, nervo excurrente, capsula nutante. Brid. suppl. 2. p. 238. Muscol. 2. 2. p. 67.

Hypnum *Vallis clausae* caule procumbente indiviso simpliciter pinnato, ramis decrescentibus utrinque attenuatis incurvis, foliis dense imbricatis secundis ovato-lanceolatis

striatis nervo crassissimo excurrente. Bridel. suppl. 2. p. 238.

Hypnum *flagelliforme* caule prostrato diviso, ramis simplicibus longissimis flagelliformibus, foliis caulinis subimbricatis, rameis laxis patulo-erectis ovato-lanceolatis subulatis concavis nervo crasso continuo rubente. Brid. suppl. 2. p. 240.

Ad terram et lapides rivulorum Europae et Pensilvaniae aestate, rarius fructiferum. 4.

Licet summa opera adhibita sit, non potui specierum a Bridelio propositarum limites agnoscere, et si quaedam specimina proprium habitum aut characterem prae se ferre videbantur, habebant certe ramulum, qui in communem formam transitum monstrabat. Ipsum vel adeo h. *orthocladon* vix distinxissem. Foliorum figura et nervi, semper tamen continui, longitudo valde variat; accedit quod vetustate foliorum margo consumitur. Folia plerumque recta, sed etiam ad apices ramorum secunda sunt. Operculum, ubi iuvenile est, convexum videtur et rostellatum, adultum in brevissimum conum, mucronulo vix conspicuo ornatum, contrahitur. Partes subtiliores constantiores sunt. Theca mox brevis, mox longa et incurva, semper tamen cylindrica est. Quo difficilius distinguuntur varietates istae, eo tutius species agnoscitur foliis basi patulis, deindee rectis et structura foliorum densa ex areolis rhombeis; uti nervo crasso, protuberante, continuo.

† LAXUM; caule repente ramoso, florifero; ramis erectis, ra-

mulosis, ramulis brevibus, simplicibus; foliis lanceolato-subulatis, trifariis, distantibus, patentibus, costâ integrâ notatis; pyxidibus falcatis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 65.

Patria ignota auctori dedit Persoon. ♃.

6. *foliis rectis erectis.*

c) *caule dendroide.*

94. ALOPECURUM, repens ramis comosis, foliis cordatis dentatis ruptinervibus, theca horizontali, operculo rostrato. Spec. musc. p. 267.

In silvis umbrosis ad terram et rupes in omni Europa; hieme fructiferum. ♃.

95. COMOSUM, repens ramis comosis, foliis lanceolato-cuspidatis serrulatis solidinervibus, theca pendula sulcata, operculo curvirostri. Tab. XCI.

Hypnum *comosum* surculo repente, divisionibus erectis subsimplicibus apice ramulosis comosis, foliis ovato-lanceolatis nervo medio producto acuminatis imbricato-patulis nitentibus, capsulae cernuae cylindraceae sulcatae operculo e basi conicâ aciculari curvirostro. La Billardiere Pl. Nov. Holl. II. p. 107. t. 253. f. 2.

Bryum *dendroides*, capsulis nutantibus, surculis erectis ramis verticillatis terminatis, ramulis alternis, foliis serratis. Linn. jun. et Swartz method. muscor. p. 374. t. 4. f. 2. Act. med. Suec. V. 1. p. 196. t. 14. f. 2. Brid. muscol. 2. 3. p. 10.?

In udis ad Caput Van Diemen lectum dedit cl. La Billardiere. *H.*

Radix fibroso-tomentosa, in caulem prostratum et ramos ascendens. *Caulis* longe lateque repens, ramis primariis erectis triuncialibus, simplicibus, apice, rarius etiam in medio fasciculato ramulosis: ramulis uncialibus aut sesquiuncialibus, patulis, quasi comosus. *Folia* densa alterna, amplexicaulia: caulina e cordato lanceolata cuspidata: cuspide folium fere aequante; apice remote dentata, parum concava; ramea lanceolato-cuspidata, e ferrugineo brunnea: nervo crasso ferrugineo, in cuspidem exeunte: reticuli areolis parallelogrammis, tenuissimis, seriatis, ut totum folium subtilissimis striolis exaratum videatur. *Flores* masculi non aderant, feminei oblongi, fusci, ad basin ramorum comae siti. Perichaetii folia ad minimum quatuordecim, exteriora ovato-cuspidata, interiora longiora, lanceolato-cuspidata, rameis angustiora, caeterum similia. *Pistilla* duodecim aut plura, subfiliformia, fusca. *Paraphyses* copiosiores, parum longiores, filiformes, apice acutae, lutescentes. *Vaginula* oblonga, laxa, ferruginea. *Seta* sesquiuncialis, erecta, apice nutans, siccitate parum tortilis, laevis, ferruginea. *Theca* pendula, subcylindrica, aequalis, octo-sulca, ferrugineo-fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, trabiculati, ferruginei: *interioris membrana* inaequaliter reticulata: *dentibus* lineari-lanceolatis, solidis; *ciliis* binatis, capillaribus, paullo brevioribus, lutescens. *Fimbriam* non vidi. *Operculum* e convexa basi rostratum, acutissimum, paulum curva-

tum, theca paullo minus, eique concolor. *Calyptra* subulata latere fissa, e stramineo fusca.

Tab. XCI. Fig. 1. planta naturali magnitudine, 2. rami pars augm. o. Fig. 3. folium caulis, 4. rami augm. I. Fig. 5. apex folii augm. IV. Fig. 6. perichaetium et 7. folium perichaetii augm. o. Fig. 8. theca augm. o. 9. peristomii externi, 10. interni pars augm. III.

96. CURVATUM, repens ramis fasciculatis, foliis obovatis ruptinervibus nitidis, theca recta, operculo conico. Spec. musc. p. 266. et Stirp. crypt. 4. t. 8. sub h. *myosuroide.*

Hypnum *curvatum*, surculis repentibus ramosissimis, ramis ascendentibus teretibus incurvatis, basi apiceque attenuatis, foliis imbricatis: capsulis oblongis rectis. Swartz musc. Suec. p. 64.

Hypnum *tumidiusculum* Lamark Encycl., *myurum* Brid. etc.

Ad truncos arborum, rupes et terram in omni Europa et boreali America, aestate pluvia maturum. ♃.

Folia nitentia, concava, turgida.

97. MYOSUROIDES, repens ramis fasciculatis attenuatis, foliis cordato-acuminatis seminervibus opacis, theca nutante, operculo conico mucronato.

Hypnum *myosuroides*, surculis ramosissimis: ramis subulatis utrinque attenuatis teretibus. Linn. spec. pl. 2. p. 1596.

Hypnum myosuroides tenuius capsulis nutantibus. Dill. musc. 317. t. 41. f. 51.

Ad truncos arborum in silvis Europae rarius, vere maturum. ♃.

Reticulum *foliorum* multo subtilius quam in antecedente, folia sicca non nitent. *Peristomii interioris* dentes lanceolati, lacunis sex pertusi sunt. *Cilia* latiuscula, solitaria, dentibus minora et ita fugacia, ut facile perdantur. Sed his vel ipsis laesis docent areolarum minorum series geminatae adesse hypni characterem.

98. STRIGOSUM, repens ramis fasciculatis recurvis, foliis ovato-triangularibus serrulatis subsolidinervibus, operculo rostrato. Spec. musc. p. 265. t. 63. f. 1—4 sub *pulchello.*

Hypnum *strigosum*, caule repente surculis ramisque abbreviatis erectis approximatis; foliis ovato-lanceolatis imbricato-patulis; capsulis cernuis. Hoffman. flor. Germ. crypt. p. 76.

Hypnum *Thuringicum* Brid. suppl. muscol. 2. p. 145.

Hypnum *velutinoides mit kriechenden Stämmchen und aufrechten rundlichen Aesten; lanzettförmigen fein gesägten Blättern, eiförmig etwas überhängender Frucht, mit eingebogener Spitze, geschnäbeltem Deckel, und glatten Fruchtstielen.* Voit in Sturmii flora Germ. 2. fasc. 11.

Ad terram arenosam in silvis umbrosis omnis Europae vere maturum. ♃.

Folia cordato-acuminata vel triangularia, rudiora et crassiora, quam in *myosuroide:* eorum nervus plica quasi involvitur et inde valde conspicuus est, duos foliii trientes percurrens.

99. REFLEXUM, declinatum ramis subfasciculatis recurvis, foliis cordato-acuminatis ruptinervibus dentatis, seta scabra, operculo conico.

Hypnum *reflexum*, Stark., foliis cordato-acuminatis, patentibus, nervo subexcurrente, serrulatis, margine reflexis. Web. Mohr crypt. Germ. p. 306 et 476.* Brid. muscol. suppl. 2. p. 170.

Ad truncos arborum putridos in subalpinis infra dem *Schneeberg* Sudetum. ♃.

Radix fasciculata in caulis basi et apice, ferruginea. *Caulis* biuncialis, basi repens, dein ascendens vel erectus, apice saepe radicans, et rursus ascendens, pinnatus, aut ramis erectis, fasciculato-ramosis ramulisque recurvis. *Folia* recta, erecto-patentia, cordata, acuminata, apice dentata, concava, amoene vel luteo-viridia: nervo proxime ad apicem evanescente, concolori: areolis reticuli e rhombeo elongatis. *Flores* monoeci; *masculi* oblongi, fuscescentes; *perichaetii foliis* duodecim, ovatis, acutis vel acuminatis, enervibus. *Antherae* decem, oblongae, brunneae. *Paraphyses* paucae, filiformes, antheris vix longiores, albidae. *Flores feminei* oblongi: *foliis* quindecim, exterioribus ovatis, acutis, intimis ovato-lanceolatis, enervibus. *Pistilla* duodecim. *Paraphyses* totidem. *Vaginula* ovata, virens vel viridi-brunnea. *Seta* uncialis, erecta, flexuosa, scabra, ferruginea. *Theca* ovata, brevis, inaequalis, ad horizontem inflexa (cernua), brunnea. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, brunnei: *interni membranae* areolarum minorum seriebus geminatis: *dentes* lanceolati, lacunis quatuor: *cilia* den-

tibus vix minora, capillaria, nodulosa. *Operculum* conicum, brevissimo mucronulo. *Calyptra* subulata, straminea.

Ab *intricato* maxime differt caulis habitu.

7. *foliis rectis, siccitate et madore patentibus.*

a) *enervibus.*

100. REPTANS, repens ramis subfasciculatis, foliis patentibus lanceolato-acuminatis enervibus subserratis, operculo brevirostri. Spec. musc. p. 265. t. 68. f. 1—6. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1819.

Ad terram et truncos arborum Iamaicae. ℓ.

101. INTORTUM, repens brevissime subpinnatum, foliis patulis lanceolato-linearibus enervibus dentatis, theca urceolata, operculo brevirostri. Tab. XCII.

Hypnum *intortum*, caule repente, surculis intortis, subpinnatis; foliis lineari-subulatis, integris, patentibus; pyxidibus inclinatis, subrotundis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 65. Bridel. muscol. suppl. 2. p. 241.

In Insula Borbonia lectum communicavit cl. Richard. ℓ.

Radix capillacea, per caulem sparsa. *Caulis* uncialis, repens brunneus, ramis 4—6 lineas longis, simplicibus, decumbentibus. *Folia* rariuscula, sparsa, angulo, qui recto paullo minor est, patula, recta aut exigua flexura subincurva, lanceolato-linearia, grosse obtuse et remote dentata, concava, pallide viridia: enervia: reticuli areolis elongatis, parallelis, fere striaeformibus. *Flores* monoeci, cauligeni; *folia perichaetii masculi* de-

cem ovato-acuminata. *Antherae* 6—8, oblongae, turgidae, fusco-rufae. *Paraphyses* utrique flori nullae. *Perichaetii feminei folia* caulinis paullo latiora, 12—14. *Vaginula* oblonga, virens. *Seta* caule longior, erecta subflexuosa, apice subincrassata et ad horizontem curvata, siccitate tortilis, laevis, ferrugineo-brunnea. *Theca* urceolata, (seu ovata, sub ore contracta) subaequalis, nutans, fusco-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, dense trabiculati, linea media fusca in basi notati, thecae concolores: *interni* membrana profunde fissa, areolis latis, brevibus, minorum seriebus geminatis aut tergeminis: *dentes* lineari-lanceolati, sex lacunis pertusi, apice subulato, dentes externos superante: *cilia* gemina, vel solitaria, dentibus dimidio fere minora, capillaria. Operculum convexum, rostello acutissimo incurvo, theca pallidius.

Thecae forma valde singularis et peristomii interni longitudo insolita a speciebus similibus, foliorum reticuli areolae non rotundatae a *serpente*, caeterum valde diverso, separant.

Tab. XCII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis et rami pars augm. II. Fig. 3. folia caulina, 5. perichaetii feminei augm. IV. Fig. 4. Perichaetium femineum. Fig. 6. theca augm. I. Fig. 7. peristomii externi, 8. interni pars augm. IV.

102. CRASSIUSCULUM, repens subpinnatum breve, foliis sparsis patentibus lanceolatis enervibus integerrimis, operculo longissimo. Tab. XCI.

Hypnum *crassiusculum*, caule repente vage ramoso, ramu-

lis brevibus incurvatis, foliis laxis oblongo-lanceolatis exfasciculatis, capsulâ crassiusculâ nutante. Brid. suppl. 2. p. 243.

In Insula Tristan d'Acunha Africae legit cl. Aubert Du Petit Thouars, terrestre. ♃.

Caulis semuncialis, solo appressus, ramis crebris simplicibus itidem procumbentibus, subpinnatus. *Folia* ratione plantae magna, sparsa, minus densa, patentia et ubi terrae apprimitur caulis ascendentia, lanceolata vel e lanceolato acuminata, cylindrico-concava, integerrima, rigida, nitida, luteo-viridia: enervia: reticuli areolis oblongis, seriatis, satis conspicuis. *Flores* dioeci: *masculi* folio caulino fovente quadruplo minores, brunnei, ovati, acuti: *perichaetii folia* sex, ovata, brevissime acuminata. *Antherae* octo e luteo brunneae, foliis suis dimidio minores. *Flores feminei* masculis duplo longiores, lanceolati, ascendendo curvati. *Folia* perichaetii ovato-lanceolata, decem. *Pistilla* septem, fusca. *Paraphyses* in utroque flore nullae. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* semuncia paullo minor, erecta, vix torta, rufa. *Theca* oblonga, inaequalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, dense trabiculati, sordide lutei: *interni membrana* lutescens, areolarum reticuli, cilia gerentium, caeteris vix minorum, seriebus geminatis: *dentes* lineari-lanceolati solidi, linea fusca, in basin membranae continua, notati: his paullo minora, *cilia* capillaria acutissima. *Operculum* e convexo rostratum, rostro subulato, paullum incurvo, theca longius, rufum. *Calyptra* subulata, subtilissime oblique striata, latere fissa.

Typus omnino pusillae Leskeae *pungentis*, sed caulis non erectus et peristomium, praeter genericam diversitatem, utrumque et operculum incurva distinguunt.

Tab. XCI. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. I. Fig. 3. folia caulis, 6. perichaetii feminei augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. perichaetium femineum augm. I. Fig. 7. theca augm. II. Fig. 8. perichaetii externi, 9. interni pars augm. IV.

103. TENERUM, repens, ramis simpliciusculis capillaribus divaricatis, foliis patulis ovato-lanceolatis enervibus, operculo mucronato.

Hypnum *tenerum*, surculis repentibus ramisque capillaribus simpliciusculis divaricatis: foliis ovato-lanceolatis attenuatis patulis; capsulis cernuis. Swartz. flor. Ind. occ. 3. p. 1827.

In truncis arborum Iamaicae montosae lectum misit cl. Swartz. ♃.

Radix per fasciculos in caule sparsos, capillacea, ferruginea. *Caulis* uncialis, tenerrimus, repens, vage ramosus. *Folia* remota, sparsa, patentia, lato-lanceolata, acuminata, integerrima, tenera, pellucida, albo-viridia: nervo nullo: areolis reticuli elongatis, subtilibus. *Flores* monoeci, cauligeni: *masculi* ovati, fusco-rufi: *perichaetii folia* octo vel decem ovata, breviter acuminata, acutissima. *Antherae* duodecim. *Paraphyses* paucae. *Perichaetii feminei* maturi folia sedecim, exteriora ovato-acuminata, intima lanceolato-acuminata, maturitate val-

de elongantur, ut perichaetium duplo longius sit, quam folia caulina. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* vix pollicaris, erecta, apice incurva, siccitate tortilis, luteo-rufa. *Thecae* subcylindrica, inaequalis, brunnea. *Peristomium* hypni. *Operculum*, e Swartzio, convexum, mucronulatum.

104. STELLATUM, debile vage ramosum, foliis patulis ovato-acuminatis enervibus integerrimis, operculo conico mucronulato. Spec. musc. p. 280.

Hypnum *polymorphum*, trunco tenui bifariam ramificato, ramis subsimplicibus, foliis eductulosis ex ovato longe acuminatis semper patentibus variae directionis, sporangiis cernuis operculo conico. Spec. musc. p. 259. t. 66.

Hypnum *protensum* caule longissimo procumbente subdiviso, divisionibus simpliciter laxeque pinnatis, foliis patentissimis cordato-subulatis acumine piliformi subreflexo subexfasciculatis, capsulae inclinatae cylindraceae operculo acute conico. Brid. muscol. 2. 2. p. 85. t. 2. f. 3. Suppl. musc. 2. p. 201.

Hypnum *hispidulum* caule procumbente vage ramoso, ramis brevissimis surrectis hispidulis, foliis laxe imbricatis triquetro-lanceolatis patentissimis reflexiusculis exfasciculatis, capsulae cernuae operculo conico. Brid. suppl. 2. p. 198. E. Pensilvania.

In paludibus turfosis, rupibusque et campis humidis omnis Europae et Pensilvaniae; in his autumno et hieme, in illis aestate maturum. ♃

Hypnum *polymorphum* et *protensum* nullo modo differunt nisi loco aprico, tempore et caule decumbente, qui aliarum plantarum consortio, ut in turfosis, arrigitur. Color lutescens, rufescens, aureus in loco aprico, fuscus in paludoso. *Flores* monoeci aut dioeci. *Masculi* ovati, foliis, antheris et paraphysibus ultra decem. *Feminei perichaetii folia* oblonga, acumine tenui, patente. *Peristomii interni dentes* lanceolati, absque lacunis: *cilia* dentibus dimidio minora, gemina. In *hispidula* omnia, et vel adeo internum peristomium, simillima, sed mole minora et transitus in communem *stellati* formam fit per *polymorphum*.

Similem plantam sed maiorem in Australasia lectam vidi.

(7. foliis rectis siccitate et madore patentibus.)

b. *ruptinervibus.*

105. CHRYSOPHYLLUM, decumbens subpinnatum, foliis patulis cordato-acuminatis ruptinervibus, operculo conico.

Hypnum *chrysophyllum* caule procumbente diviso pinnato bipinnatoque, foliis imbricatis patentissimis reflexiusculis e basi cordatâ carinato-lanceolatis apice piliformi nervo ultramedio, capsulae oblongae incurvae operculo conico. Brid. muscol. 2. 2. p. 84. t. 2. f. 2. Suppl. 2. p. 200. *

Hypnum *squarrosulum* Brid. muscol. 2. 2. p. 149. f. 2. Suppl. 2. p. 199. huc videtur pertinere, excl. syn. Voitianc.

In saxis humidis silvarum et alpium Helvetiae et Silesiae. 4.

Simillimum *stellato* et quidem *protenso*, nervo facile di-

stinguitur. Descriptionem fusiorem dare nolui ob specimina incompleta.

106. CHRYSOSTOMUM, decumbens vagum, foliis patulis semi-amplexicaulibus triangularibus acuminatis ruptinervibus denticulatis, seta scabra, operculo conico.

Hypnum *chrysostomum* procumbens, inordinate ramosum: foliis laxiusculis, patulis, ovato-lanceolatis, acuminatis, integris, sublineatis: pedunculo laeviusculo: sporangio oblongo, recurvato; operculo eximie conico, apiculo spinescenti acutissimo: peristomio luteo. Richard. in Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 319.

In depressis humosis humidis Carolinae lectum dedit cl. Richard. ♃

Planta quoad omnes partes tenax et rigida. *Caulis* uncialis aut sesquiuncialis, paucis radiculis basi adspersus, aliquoties divisus. *Folia* sicca et humida erecto-patula, exacte semiamplexicaulia angulis baseos exstantibus, triangularia, acuminata, apice denticulata, parum concava et pellucida, luteoviridia: nervo ultra medium perdurante aut breviori, parum notabili, concolori: areolis reticuli subtilibus, parallelis, unde subtilissimarum striolarum species oritur. *Flores* copiosi, monoeci, cauligeni. *Masculi* oblongi, acuti: *folia perichaetii* quatuordecim, ovata, acuta, interiora acuminata, integerrima. *Antherae* octo, arcte involutae, oblongae, turgidae, brunneae. *Paraphyses* earundem longitudine, filiformes, albidae. *Feminei perichaetii folia* enervia, ovato-acuminata; intima maturitate

lanceolato-acuminata, concava, erecta; summa apice reflexa, denticulata. *Pistilla* decem et *paraphyses.* *Vaginula* brevissima, oblonga, ferruginea. *Seta* uncialis, erecta, apice interdum paullum incrassata, scabra, ferruginea. *Theca* ovata, inaequalis curvula, horizontalis fere, brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, anguste trabiculati, rufo-lutei: *interni membrana* obesa, areolarum minorum seriebus geminatis, valde carinato-plicata, lutea: *dentes* lanceolati, quinque lacunis pertusi, siccitate quasi ad basin bifidi: *cilia* paullo breviora, solitaria, capillaria, subnodulosa. *Operculum* conicum, in acutissimam sed brevem cuspidem contractum.

Color et habitus est quorundam minus ramosorum speciminum h. *plumosi*, sed foliorum situs et directio huc trahunt.

Peristomium internum in paucis hypnis adeo obesum et obscure coloratum (succine luteum ut significanter dicit Richardus) est, quam in hoc *chrysostomo.*

107. HIANS, decumbens, ramis brevibus, foliis patentibus ovatis acuminulatis ruptinervibus, operculo rostrato. Spec. musc. p. 272. t. 70.

In Pensilvania lectum misit rev. Mühlenberg. ♃.

Operculum e convexo longe rostratum est, non conicum, ut specimina incompleta Hedwigio simulaverunt.

108. PRAELONGUM, decumbens per intervalla pinnatum, foliis patulis cordatis ruptinervibus serratis, operculo rostrato. Spec. musc. p. 258. Stirp. crypt. 4. p. 76. t. 29.

Hypnum *filescens* caule repente filescente varie diviso, ramis

per intervalla confertis erectis incurviusculis, foliis imbricatis patentibus ovato-lanceolatis argute serrulatis nervo ultramedio, pedunculo leniter muriculato, capsulâ oblongâ inclinatâ cernuâ. Brid. suppl. musc. 2. p. 170. e specimininibus amice a Bridelio missis.

Hypnum *orthorhynchum* caule procumbente diviso simpliciter pinnato, ramulis teretiusculis, foliis angustis cordato-subulatis serrulatis nervo continuo, pedunculis muriculatis subaggregatis, capsulae nutantis operculo longe recteque rostrato. Brid. suppl. 2. p. 106. e spec. Brid.

In silvis umbrosis humidis ad terram, in omni Europa et boreali Asia et America, hieme maturum. ♃.

Folia perichaetii Hedwigius enervia dixit, nervosa dicunt Weberus, Mohrius et Bridelius; sed revera plurima sunt enervia, tantum unum alterumve ex exterioribus habet rudimentum nervi, folii quadrantem aequans et vix conspicuum. In h. *orthorhyncho* folia tenui acumine instruuntur; caulina vere cordata sunt, et nervus plica cingitur ita ut perdurare videatur, sed adhibita pressione apparet, ipsum in apice folii evanescere.

c) *solidinervibus.*

109. DENSUM erectum, ramis vagis simpliciusculis, foliis madore patentibus lanceolatis solidinervibus serratis. Spec. musc. p. 282. t. 74. Swartz. flor. Ind. occ. 3. p. 1829.

Hypnum flagellis instar caudae vulpinae Dillen. musc. t. 39. f. 41.? Swartz.

Ad radices arborum in montibus Iamaicae australis. ♃.

8. *foliis recurvis seu anacampylis.*

110. BREVIROSTRE, ascendens pinnatum, foliis cordato-ovatis mucronatis subbinervibus: inferioribus squarrosis, operculo conico mucronato.

Hypnum *brevirostre* Ehrh. plant. exsiccat. etc. Brid. suppl. musc. 2. p. 195.

Hypnum *interruptum*, Brid. suppl. musc. 2. p. 194. Muscol. II. 2. p. 156. t. 5. f. 1. ex insula Borbonia non differt secundum specimina Bridelii.

Ad terram in umbrosis siccioribus; praesertim calcareis Germaniae, Galliae; hieme et vere fructiferum. ♃.

Radix capillaris, basilaris, et paullum ascendens in caulem. *Caulis* octo et plures uncias longus, basi procumbens, apice et ramis ascendens, ramosus; ramis primariis et caulis apice subpinnatis. *Folia* ob directionem suam non spissa; cordato-ovata, mucrone longo sublanceolato instructa, concava, angulis baseos lateralibus inflexis, patentia et inde paulum squarrosa, margine versus apicem undulato et cum mucrone denticulato plicis irregularibus vix conspicuis, amoene viridia: nervi brevissimi duo divergentes, aut nulli: reticuli areolae oblongo-quadratae, seriatae subaequales. *Flores masculi* gemmiformes, brunnei aut fusci, in caulis inferiori parte frequentiores. *Folia perichaetii* decem, enervia, exteriora ovata cum mucrone patente, brunneo-viridia; interiora ovato-acuminata, recta, brunneo-fusca. *Antherae* ad minimum duodecim, oblon-

gae, altero latere gibbae, brunneae. *Paraphyses* duplo longiores et copiosiores, filiformes tenuissimae, pallidae. *Perichaetia feminea* ovata, acuta. *Folia* copiosa, ovato-mucronata, exteriora latiora, breviora, interiora longiora, maturante fructu augenda et e receptaculo attollenda; basi brunnea, apice viridia. *Pistilla* oblonga, fusca, copiosa. *Paraphyses* marium. *Vaginula* oblonga, basi sua elongata et foliorum adhaesione scabra, fusca. *Seta* biuncialis, recta, laevis, siccitate paulum tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca* oblonga, inaequalis, ad horizontem versa, basi subscrophulosa, rufo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-acuminati, trabiculati, solidi, apice incurvi, brunnei: *interior membrana* exteriore paullo brevior, apice incurva lutescens: dentes quinque lacunis pertusi: cilia solitaria vel geminata, capillaria. *Operculum* e conico mucronatum, theca triplo brevius, rufo-brunneum. *Annulum* non vidi. *Calyptra* subulata, latere fissa, glabra, straminea.

111. TRIQUETRUM, ascendens subpinnatum, ramis recurvis, foliis cordato-acuminatis subenervibus: summis squarroso-stellatis, operculo conico. Spec. musc. p. 256.

In silvis et pratis ad terram frequens in omni Europa et boreali America, hieme maturum. ♃.

112. ACICULARE, ascendens vage ramosum, foliis ovato-acuminatis enervibus squarrosis, operculi rostro longissimo. Tab. XCII.

Hypnum *aciculare*, surculo repente vagè ramoso, ramis compressiusculis, simplicibus, fructiferis; foliis ovatis in acu-

men obliquum productis, enerviis, pellucidis; capsulae inclinatae cylindrico-arcuatae sulcatae operculo aciculiformi longissimo. Brid. muscol. II. 2. p. 159. t. 5. f. 8.

Hypnum *densifolium* caule vage ramoso, foliis omnium densissime imbricatis e basi vaginante oblongo-lanceolatis concavis in acumen serrulatum margine inflexo coarctatis exfasciculatis. Brid. suppl. 2. p. 204.

Hypnum *cucullifolium;* caule erecto, dichotomo, diviso; foliis subbifariam imbricatis lanceolatis acuminatis, marginibus apice serratis et sub apice plicato-concavis. Palisot Beauv. aetheog. p. 62. ex herbario Desvauxii.

Hypnum *lycopodioides* Menzies ms.

Hypnum *nigrum* hb. Banks.

In terra *Van Diemen* legit Labillardiere, in Staatenland Americae Menzies, in Africae insula Tristan d'Acunha Aubert Du Petit Thouars, in America australi alii. ♃.

Radix basilaris et in imum caulem ascendens, tomentosa. *Caulis* primarius uncias quatuor et ultra longus, prostratus; rami erecti vage ramosi, uncias tres vel quatuor longi, nigri. *Folia* sparsa, interdum in sex series digesta, ex ovato acuminata, inaequalia, margine undulata, integerrima, apice obtuse serrata, concava, basi erecta, apice patula et ob variam marginis flexuram squarrosa, nitentia, e fusco lutea: enervia: areolis reticuli subtilissimis, elongatis, parallelis, flexuoso serpentinis, versus marginem folii maioribus. *Flores masculi*, in segregato forte caule, non aderant aut basi exesi, *feminei* axilla-

res ad medios ramos. *Folia* perichaetii caulinis similia, pari modo patentia: intima duo minora. *Pistilla* decem. *Paraphyses* nullas vidi. *Vaginula* oblonga, fusca. *Seta* semuncialis aut biuncialis, erecta, siccitate vix tortilis, laevis, nigro-fusca, nitens. *Theca* oblonga, inaequalis, ad horizontem curvata, sulcata, fusca. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, crassi, linea media longitudinali infra apicem evanescente quasi fissi, apice integri, trabibus valde prominulis et longis. *Peristomii interni membrana* non ad medium usque fissa; minorum areolarum seriebus geminatis, lutescens: *dentes* lanceolati, lacunis sublinearibus quatuor: *cilia* solitaria aut geminata, dentibus quarta parte minora. *Operculum* e conico rostratum, rostro thecam superante, subulato, paullum recurvo.

Fieri posset ut Anoectangium *planifolium* Spec. musc. p. 44. t. 6. ab hoc hypno non differat, sed anoectangii non vidi specimina, quare nolim hoc asseverare.

Tab. XCII. fig. 1. ramus cum caulis portiuncula magnitudine naturali. Fig. 2. rami pars augm. o. dimidiato. Fig. 3. folia, 5. theca augm. o. Fig. 4. apex folii, 6. peristomi externi octava, 7. interni quarta pars augm. IV.

113. SQUARROSUM, ascendens vagum, ramis recurvis, foliis reflexis ovato-acuminatis subenervibus, seta laevi, operculo conico. Spec. musc. p. 281.

In silvis umbrosis ad terram in omni Europa et boreali Asia et America. ♃

114. PATULUM, pendulum subramosum, foliis reflexis ovato-

acuminatis seminervibus integerrimis. Spec. musc. p. 279. t. 73.

Ad radices arborum et ipsos ramos, versus summitates montium in Iamaica. ♃.

Nervus tenerrimus revera adest; in medio folio evanescit.

115. TOXARION, ramis erectis arcuatis bipinnatis filescentibus, foliis anacampylis cordato-acuminatis seminervibus, perichaetiis squarrosis.

Lectum in insula Domingo. ♃.

Radix per caulem sparsa, tomentosa. *Caulis* repens: rami erecti, incurvi, 2—3 unciales, bipinnati, apice simplices, in filum (non aphyllum) extenuati. *Folia* caulina recurva, ramea erecta, e cordato acuminata, carinato-concava, integerrima, aut hic illic subserrata: nervo debili, medio evanescente, concolori: areolis reticuli circularibus. *Flores* dioeci; feminei cauligeni: *folia* sedecim, omnia reflexa ut caulina, apice serrata. *Pistilla* duodecim, fusca. *Paraphyses* plures, acuminati, albidi.

116. HALLERI, repens subpinnatum, ramis erectis, foliis recurvis cordatis acuminatis subenervibus serratis, operculo conico. Spec. musc. p. 279. Stirp. crypt. 4. p. 51. t. 21.

Hypnum *squarrosulum, mit kriechenden ästigen, unterbrochen gefiederten Stämmchen; mit eiförmig lang-zugespitzten gezähnelten sparrigen Blättern; geneigter Frucht, und stumpfen mit einer Warze versehenen Deckel.* Voit in Sturm. flor. German. crypt. fasc. 11. e speciminibus.

Hypnum *dimorphum*, caule ascendente diviso, ramis fasciculatis julaceis, foliis primariis cordato-acuminatis reflexiusculis, rameis dense imbricatis subrotundis integerrimis subenerviis, capsulae oblongae cernuae operculo obtuse conico subapiculato. Brid. suppl. musc. 2. p. 149. e specim.

In rupibus primaevis alpium Europae australioris et montium Bavariae Ratisbonae. Aestate maturum. ♃.

Hypnum *dimorphum* habet folia inferiora plurima ovata, acuta erecta, non squarrosa; sed terminalia forma communi hypni *Halleri*, a quo *dimorphum* non differre docet foliorum (cuius nervus vix nervus dici potest et saepe desideratur) contextus, ramorum, florum (dioecorum) et peristomii natura.

8. *foliis secundis, falcatis.*

a) *enervibus.*

α) *operculo brevi.*

117. PULCHELLUM, decumbens vage ramosum, foliis secundis lanceolato-acuminatis enervibus integerrimis, operculo conico brevi. Spec. musc. p. 220. t. 55. f. 7 — 12. sub Leskea.

Hypnum *contextum* Schleich. crypt. Helv. exsicc. III. n. 49.

In silvis umbrosis Scotiae, Silesiae, Germaniae australis, Helvetiae, Galliae (Burdigalae Richard) vere maturum. ♃.

Peristomii interni dentibus interponuntur cilia solitaria, tenera, dentium longitudine. Differt a sequente operculo brevi, theca subcylindrica, ascendente et colore pallido.

118. INCURVATUM, decumbens pinnatum, foliis secundis lanceolato-acuminatis enervibus integerrimis, operculo brevirostri. Tab. XCIV.

Hypnum *incurvatum*, surculo repente, ramis pinnatis decumbentibus, apice incurvatis, foliis lanceolatis concavis acutis enervibus, capsulis ovatis cernuis, operculo rostrato. Schrad. crypt. exsicc. n. 80. Brid. muscol. 2. 2. p. 119.

Hypnum *Leskioides* caule repente diviso simpliciter pinnato, pinnis erectiusculis, foliis laxe imbricatis subhomomallis ovato-acuminatis basi obsolete binerviis, capsulae ovato-oblongae cernuae operculo conico acutiusculo. Brid. suppl. 2. p. 177.

Ad saxa in montosis et silvaticis Germaniae, Helvetiae, Galliae, vere. ♃.

Radix fasciculata, imo cauli adnascens, capillacea. *Caulis* 2—3 uncialis, basi repens, decumbens, divisus et pinnatus: ramis ascendentibus, incurvis. *Folia* minus densa, sparsa, secunda, terminalia subfalcata, e lanceolato acuminata, integerrima, concava, pellucida, amoene viridia: enervia: reticuli areolis oblongis. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi* foliis caulinis fere maiora, oblonga, foliorum apicibus incurvis. *Folia* ovato-acuminata, quindecim. *Antherae* decem, oblongae, luteae. *Paraphyses* his longiores, filiformes, limpidae. *Flores feminei* cylindrici. *Folia* lanceolato-acuminata. *Pistilla* et *paraphyses* copiosae. *Vaginula* cylindrica, brunnea. *Seta* uncialis, erecta, siccitate tortilis, brunnea. *Theca* oblonga, interdum

obovata, inaequalis, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* anguste trabiculati, lineari-lanceolati, e luteo-brunnei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus geminis vel trinis; *dentes* lanceolati, tribus lacunis; *cilia* solitaria vel gemina, dentium longitudine, capillaria. *Operculum* e convexo rostratum, rostro brevi, recurvo.

Tab. XCIV. fig. 1. plantae naturali magnitudine, 2. ramus augm. I. Fig. 3. folia augm. III. 4. eorum apex augm. V. Fig. 5. perichaetium, 7. vaginula, 8. seta augm. I. Fig. 5. folia perichaetii augm. II. Fig. 9. peristomii externi, 10. interni pars augm. IV.

119. REPTILE, pinnatum ramis brevissimis, foliis cincinnatis lanceolato-acuminatis enervibus, theca subcylindrica, operculo brevirostri.

Hypnum *reptile*, minutum, adnato-repens, pinnato-ramulosum: foliis dense imbricatis, uno versu recurvatis, subtilissime denticulatis, nervo tenui subcarinatis: sporangio erectiusculo subarcuato, cylindraceo oblongo: operculo convexo, breviusculo acuminato. Richard in Michaux flor. boreali Amer. 2. p. 315.

Ad ligna in monte Grandfather-mountain Carolinae. ♃.

Radix imum caulem operiens, tomentosa, fusca. *Caulis* 1—2 uncias longus, repens, pinnatus: ramis copiosis brevibus, vix ultra quatuor lineas longis, decumbentibus. *Folia* basi patentia, inde falcata, homomalla, et varie flexa, e lato lanceolato, vel ovato-acuminata, carinata, apice dentata, sordide vi-

ridia: enervia: reticuli areolis parallelogrammis. *Flores* monoeci, cauligeni. *Masculi* ovati. *Folia perichaetii* sedecim aut viginti, ovato-acuminata, enervia. *Antherae* decem, ovatae, brunneae. *Paraphyses* paullo longiores, filiformes, crassiores quam in similibus hypnis. *Flores feminei* cylindrici, foliis caulinis duplo maiores, straminei. *Folia* lanceolato-acuminata, copiosa et *paraphyses* ut in masculis. *Vaginula* oblonga, lutea. *Seta* uncialis, erecta, rufa. *Theca* cylindrica, inaequalis, curvula, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lineari-lanceolati, subtilissime trabiculati, brunnei apice lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus solitariis, lutescens: *dentes* lanceolato-acuminati, lacunis tribus, exiguis: *cilia* solitaria, capillaria, dentibus paullo minora. *Operculum* conicum, rostro brevissimo, acutissimo, rufo-brunneum.

Ramorum ratione simile est hypno *Halleri*, foliis diversissimo; hypno *incurvato* proximum differt foliis falcatis, et valde curvatis, cincinnatis.

120. SILESIACUM, subsimplex sarmentosum, foliis aduncis lanceolatis enervibus, seta basilari, operculo conico. Tab. XCIV.

Hypnum *Silesiacum*, foliis laxis, lanceolato-subulatis, margine planis; serrulatis, basi obsolete binerviis, patentissimis, supremis subhomomallis: sporangio subcylindraceo, subcernuo; operc. conico brevi. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 343. Brid. suppl. musc. 2. p. 164.

Leskea *Seligeri* Brid. muscol. 2. 2. p. 47. *

Ad truncos arborum in silvis montosis Germaniae, Helvetiae, Galliae, hieme et vere maturum. 4.

Radix basilaris, tomentosa et capillacea, fusca. *Caules* plures simplices, incurvi, unciales ex una radice, quorum unus vel alter elongatur, apice radicem agit et flores edit. *Folia* densa, adunca, quasi bifariam imbricata, lato-lanceolata, acuminata, apice denticulata, concava, pellucida, albido-viridia: enervia aut lineis baseos duabus abbreviatis: reticuli areolis elongatis, in basi folii linearibus. *Flores* monoeci, caulis baseos tomento subtecti: *masculi* copiosi, minimi, ovati, acuti. *Folia* decem ovato-acuminata, crassiuscula, laxe reticulata, enervia. *Antherae* totidem oblongae, brunneae. *Paraphyses* paullo maiores, filiformes, tenuissimae. *Femineus flos* oblongus. *Folia* decem, oblongo-acuminata. *Pistilla* et *paraphyses*. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* uncialis, e sola basi caulis, interdum cum pluribus aliis, erigitur, apice leniter curvata, luteo-rufa. *Theca* subcylindrica, inaequalis, curvula, luteo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, subtiliter trabiculati, lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus trinis, vel binis; *dentes* lanceolati, solidi; *cilia* bina, interdum apice connata, vel solitaria, capillaria, dentium longitudine. *Fimbria* duplici ordine lacinularum, testacea. *Operculum* e convexo conicum, acutum. *Calyptra* subulata, albida apice fusco.

Simillimum hypno *cupressiformi* statim dignoscitur caule brevi subsimplici et seta basilari.

Tab. XCIV. fig. 1. plantae naturali magnitudine, 2. caulis pars augm. o. Fig. 3. folia augm. II. 4. eorum apex augm.

IV. Fig. 5. perichaetium cum theca augm. o. Fig. 6. eius folia, augm. II. 7. eorum apex augm. IV. Fig. 8. vaginula augm. I. Fig. 9. peristomii externi, 10. interni, 11. 12. fimbriae pars augm. IV.

121. RECURVANS, subpinnatum, foliis subdistichis falcatis lanceolato-acuminatis enervibus, theca ovata, operculo convexo curvirostri.

Leskea *recurvans*, intricato-repens, foliatione subdisticha depressa, postice squarrosa; foliis ovalibus, angustato-acuminatis, enerviis; sporangio recurvo; operculo e basi convexo-conoidea oblique cuspidato. Richard in Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 311. Brid. muscol. suppl. 2. p. 77.

Leskea *squarrosa* Michaux. l. c. p. 312. videtur non differre.

Leskea *arcuata*, caule repente, ramis confertis erectis simplicibus, compressis, foliis dense imbricatim distichis ovato-lanceolatis apice pilifero flexuoso, exfasciculatis subintegerrimis, pedunculo arcuato, capsulae ovatae rectae operculo conico rostellato. Brid. muscol. suppl. 2. p. 64.

Ad imos truncos in Carolina lectum dedit Richard, Pensilvanicum misit Mühlenberg. ♃.

Radix per caulem fasciculatim sparsa, capillacea. *Caulis* repens, subpinnatus: ramis subsimplicibus, subaequalibus, incurvo-depressis. *Folia* insertione sparsa, situ subdisticha, apicibus incurva, ex ovato lanceolata acuminata, acumine serrato, concava, singula varie flexa: inferiora caulis apice paullum in-

flexa; terminalia ramorum lanceolata, longissime acuminata, in circulum fere arcuata; pallide viridia: enervia: reticuli areolis elongatis. *Flores* monoeci, cauligeni: *masculi* minimi, ovati, rufescentes. *Folia perichaetii* octo, ovata, breviter acuminata, integerrima, luteo-viridia. *Antherae* 6—8, oblongae, turgidae, rufo-luteae. *Paraphyses* in utroque flore nullae. *Floris feminei folia* 10—14, oblongo acuminata, caulinis similia. *Pistilla* quinque ad quindecim. *Vaginula* cylindrica, theca fere longior, laxa, ferruginea. *Seta* sesquiuncialis, erecta, subflexuosa, apice paullum incurva, siccitate tortilis, ferrugineo-rufa. *Theca* oblonga, inaequalis, horizonti parallela, ferrugineo-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolato-lineares, trabeculis remotis, crassis, ferrugineo-lutei: *interni membrana* paullo brevior, profunde fissa, luteseens, minorum areolarum seriebus solitariis vel subgeminatis: *dentes* lanceolato-acuminati, acutissimi, non pertusi, linea media obscuriore notati: *cilia* solitaria, capillaria, dentibus triente minora; saepe ita tecta a dentium basibus, ut sine adhibito artificio conspici nequeant. *Operculum* e convexo rostratum, rostro incurvo aut subrecurvo, acutissimo, thecae dimidiam partem aequante, illique concolor. *Calyptra* angusta, pallide straminea.

Simile hypno *cupressiformi*, sed statura minori, caule breviori quam seta, operculo rostrato et foliorum terminalium forma diversum est.

122. CUPRESSIFORME, decumbens ramis vagis depressis, foliis falcatis lanceolatis enervibus, theca subcylindrica, operculo

conico acutissimo. Spec. musc. p. 291. Stirp. crypt. 4. p. 59. t. 23.

Hypnum *nigro-viride*, caule procumbente subpinnato; foliis ovatis acuminatis concavis enervibus subsecundis; operculo breviter rostrato. Turn. muscol. Hibern. p. 141. e speciminibus.

Hypnum *homomallum* Bertolon rar. Ital. pl. Dec. 4. n. 13.

Ad terram, ligna putrescentia, rupes in omni Europa, boreali Asia et America vulgare; vere maturum. ♃.

Huius musci numerosae varietates ad tres typos redigi possunt:

a) caule suberecto, praelongo, subramoso, ramis basi attenuatis, apice incrassatis flavo, et aureo coloratis instar hypni *rugosi;* huc pertinet h. *compressum* Dicksoni. In pratis montanis.

b) caule prostrato, ramis latis, fuscescentibus; h. *lacunosum* Hoffm., in pinetis sabulosis.

c) caule elongato, tenui, flaccido, foliis angustioribus, vix falcatis, fructibus exiguis, saepe hypni *Halleri* aemulum; ad truncos abietum et ad rupes aqua stillante.

123. IMPONENS, decumbens subpinnatum, foliis falcatis lanceolatis cincinnatis, theca erectiuscula, operculo conico. Spec. musc. p. 290. t. 77.

In Pensilvania. ♃.

124. CURVIFOLIUM, ascendens subpinnatum, foliis falcatis lan-

ceolatis cincinnatis perichaetio quadruplo brevioribus, operculo conico. Spec. musc. p. 285. t. 75.

In palustribus Pensilvaniae. ♃.

Theca horizontalis est. Folia valde incurva et cincinnata, et perichaetium praelongum a *cupressiformi* distinguunt, ab *uncinato* rami minus uncinati, depressi et folia nec uninervia, nec striata.

125. AMOENUM, decumbens breve, foliis lanceolato-acuminatis subfalcatis enervibus, theca urceolata. Spec. musc. p. 292. t. 77.

In Seelandia. ♃.

126. PALUSTRE, repens vagum, foliis secundis ovatis enervibus, theca ovata, operculo conico. Spec. musc. p. 291. Stirp. crypt. 4. p. 99. t. 38. sub *lurido.* Web. Mohr. crypt. Germ. p. 365.

Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalon repens. Dillen. musc. p. 293. t. 37. f. 27. a. (ceterae figurae ad Leskeam *paludosam* referuntur a Smithio.)

Ad lapides in rivulis omnis Europae vulgare, praesertim in regionibus calcareis, vere et aestate maturum. ♃.

Nervus, quem Weberus et Mohrius notant, me latet. Planta difficilius agnoscitur et saepe ita extenuatur, ut hypni *fluviatilis* habitum simulet, a quo tamen, nervum crassum continuum habente, diversissimum et tenuitate et laxitate foliorum alienum est.

127. MOLLUSCUM, repens bipinnatum, foliis falcatis cordato-acuminatis enervibus denticulatis distortis, seta longa, operculo conico. Spec. musc. p. 289. Stirp. cr. 4. p. 56. t. 23.

Hypnum *Halleri* Timm. flor. Megapolitan. e speciminibus Blandowii.

Ad terram et rupes in nemoribus omnis Europae et borealis Americae, vere maturum. ♃

128. CRISTA CASTRENSIS, ascendens bipinnatum, foliis falcatis lanceolatis striatis serrulatis, seta mediocri, operculo conico. Spec. musc. p. 287. s. 76.

In silvis acerosis humidis montanis in omni Europa, vere maturum. ♃.

129. LOREUM, ascendens pinnatum, ramis recurvis, foliis secundis lanceolato-acuminatis enervibus, theca subglobosa, operculo conico. Spec. musc. p. 292.

In silvis acerosis montosis, in omni Europa et in Africa australi, hieme maturum. ♃.

130. SCORPIOIDES, decumbens flaccidum, ramis apice incrassatis complicatis, foliis subfalcatis oblongis enervibus, operculo conico. Tab. XCV. Spec. musc. p. 293.

Hypnum *scorpioides* foliis ovato-subrotundis, acutis, falcatis, concavis, integerrimis, subenerviis. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 372.

Hypnum *crassum.* Schumach. fl. Saelland. e Mohrio.

Hypnum *fuscum* Schleich. crypt. Helv. exsicc. Cent. 4. n. 24.

In paludibus turfosis profundis Europae borealis, in Europa media rarius; aestate maturum. ♃

Radix basilaris. *Caulis* 4—8 uncias longus, decumbens, aut subnatans, divisus et ramosus, ramis paucis, apice aduncis, compressus, ferrugineus. *Folia* oblonga, acuta, integerrima, concava; media suberecta et laxe imbricata, terminalia falcata, adunca; siccitate longitudinaliter rugosa, nitida, fusca aut luteo-viridia: enervia, aut linea duplici baseos: areolis reticuli linearibus, exiguis. *Flores* forte dioeci: *masculos* in caulibus, qui exsiccati fuerunt, forte ob foliorum flaccidiatem non inveni; *feminei* oblongi, acuti, *foliis* ovato-acuminatis striatis, enervibus, ultra viginti. *Pistilla* 6—10, fusca. *Paraphyses* paucae, fugaces. *Vaginula* cylindrica, fusca. *Seta* triuncialis, erecta. *Theca* subcylindrica, inaequalis, curvata, brunnea. *Peristomii externi dentes* dense trabiculati, lineari-lanceolati, fusco lutei: *interni membrana* lutescens, lineis fuscis sedecim, areolarum minorum seriebus geminis: *dentes* lanceolati, absque lacunis: *cilia* paullo minora, capillaria. *Operculum* conicum, acutum, rufo-brunneum. *Calyptra* subulata, fusco-lutea.

Tab. XCV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folia caulis, 4. perichaetii interius augm. I. Fig. 3. perichaetium, 5. vaginula, 6. theca augm. o. Fig. 7. Peristomii externi, 8 interni pars augm. III.

δ. *foliis secundis.* a) *enervibus.*

β) *operculo longo.*

131. LEPTORHYNCHUM, pinnatum ramosissimum, foliis falcatis lineari-acuminatis enervibus apice denticulatis, operculo longissimo. Tab. XCIII.

Hypnum *cyparioides* surculo repente diviso, divisionibus subpinnatis ramis surculi apicem versus confertissimis; foliis lineari-lanceolatis, falcatis, secundis, torquescentibus exfasciculatis; capsulae nutantis operculo longe et oblique rostrato. Brid. muscol. 2. 3. p. 139. t. 3. f. 4. et muscol. suppl. 2. p. 222. sub *leptorhyncho.*

In Nova Hollandia lectum communicavit clar. La Billardiere. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* biuncialis, decumbens, ramis copiosis: primarii vagi remotiusculi, longi; ramulis brevibus pinnati, senio basi denudati. *Folia* sparsa, e lineari longe acuminata, falcata et in semicirculum curvata nec vero tortilia, concava, apice dentata, nitida, pallide viridia: enervia: areolis reticuli oblongis. *Flores* copiosi; omnes effoeti erant. *Perichaetii folia* quatuordecim; exteriora ovato, interiora in cylindrum convoluta, oblongo-acuminata, apice serrata. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* uncia paullo brevior, erecta, subflexuosa, apice incrassata et incurva, siccitate valde tortilis, ferruginea. *Theca* oblonga, vel cylindrica, subaequalis, horizontalis, brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, grosse et dense trabiculati, pallide brunnei: *interni membrana*

areolarum minorum seriebus solitariis, pallide lutescens; *dentes* lanceolati, integri, linea lutea notati; *cilia* illis paullo breviora, solitaria, capillaria. *Operculum* e convexa basi rostratum, rostro tenuissimo, capsula longiori, declinato, ferrugineum. *Calyptra* angusta, latere fissa, e brunneo straminea, apice fusco.

Tab. XCIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. I. Fig. 3. folia augm. II. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. perichaetium, 8. theca, 12. calyptra augm. I. Fig. 6. folium perichaetii augm. II. Fig. 7. eius apex, 9. peristomii externi pars, 10. dens a latere, 11. interni pars augm. IV.

132. LEPTOCHAETON, repens pinnatum foliis falcatis ovatis enervibus, theca pendula urceolata, operculo rostrato.

Ad truncos arborum in Martinica et Cayenna legit cl. Richard. ♃.

Radix per fasciculos ad ramorum ortum in caule sparsa, fusco-tomentosa, in apice caulis capillacea. *Caulis* 2 — 3 uncialis, repens, aliquoties divisus, pinnatus, ramis depressis, copiosis, semuncialibus. *Folia* ovata, acumine brevi aut dimidio folio aequali, sima, integerrima, parum concava, valde pellucida, vix nitida, amoene viridia: enervia: areolis reticuli parallelogrammis, in arcus transversos digestis. *Flores* monoeci, masculi anterius positi. *Folia* sedecim, ovato-acuminata, enervia. *Antherae* decem oblongae, brunneae. *Paraphyses* filiformes, limpidae. *Feminei perichaetii* folia plura, oblongo-

acuminata apice denticulata. *Paraphyses* ut in masculis. *Vaginula* oblonga, brunnea. *Seta* uncialis, erecta, apice incurva, tenuissima, siccitate parum tortilis, luteo-brunnea. *Theca* pendula, urceolata, aequalis, siccitate infra os valde contracta, luteo-brunnea. *Peristomium* hypni. *Operculum* quantum licet videre, longirostre. *Calyptra* subulata, straminea, apice fusco.

8. *foliis secundis, falcatis,*
b) *nervo instructis.*

133. FILICINUM, ascendens pinnatum tomentosum, foliis falcatis cordato-acuminatis subsolidinervibus: perichaetii lutescentibus striatis. Spec. musc. p. 285. t. 76. f. 5—10.

Hypnum *commutatum* trunco procumbente ramoso, ramulis subramosis, perigoniis magnis albicantibus striatis, pedunculis validiusculis. Spec. musc. p. 284. Stirp. crypt. 4. p. 68. t. 26.

Hypnum *affine* Hoffm., *dubium* Swartz, ad commutatum pertinent.

Hypnum *extricatum* Hoffm., *flaccidum* Schleich., *glareosum* Schleich. 4. n. 30. ad *filicinum.*

Hypnum *gracilescens* Brid. suppl. musc. 2. p. 211. est varietas attenuata.

Hypnum *diffusum* Brid. l. c. p. 243. est varietas procumbens, minor, foliis paucissimis falcatis et perichaetio breviori, quod in communi filicino etiam interdum accidit.

Hypnum *trichodes* Brid. l. c. p. 236. est *filicinum* secundum

specimina benigne mihi missa; num synonymon hypni *dubii* Turneri et Smithii huc faciat, nescio.

Hypnum *diastrophyllum* surculis procumbentibus, ramulis simplicibus inaequalibus sparsis; foliis ovatis acuminatis, e basi imbricata superne distortis: capsulis oblongis subincurvis. Swartz. musc. Suec. p. 58.

In pratis udis, ad fontes, rivulos; ad rupes irriguas, in depressis, montanis et alpinis ubique; aestate maturum. ♃.

Hypnum *diffusum* habet folia non heteromalla, perichaetii vix striata, solidinervia alia, alia enervia, sed iste nervus latus est, nec bene a substantia folii discerni potest. Talia vero perichaetii habent etiam specimina alia a Blandowio, a quo Bridelius *diffusum* accepit, mihi missa, quae certissime hypnum *filicinum* sunt et foliis secundis instruuntur. In *diffuso* folia e cordato tenuissime acuminata sunt, quod vero acumen in communi *filicino* saepe non deest. Caeterum tomentum caulis et substantia foliorum peculiaris *diffusi* omnino convenit cum *filicino*.

Habitu valde variat; in pratis fertilibus udis caules pinnatos, dense ramosos, lurido colore tinctos habet et tum *commutatum* est, in pratis macris, ad ligna putrida, in rupibus irriguis *filicinum*. Habitu ambae species distingui nullo modo possunt.

Nota specifica *filicini* derivatur a nervo foliis continuo, vel adeo emergente; et verum quidem est in *commutato* plerumque nervum versus apicem evanescere: sed in ipso caule

filicini ab Hedwigio collecto invenio folia nervo continuo instructa, et simul alia ruptinervia. Caeterae notae, quibus Hedwigius filicinum distinguit, situs setarum in imo caule, non in ramis, et radiculae in ramis nascentes, per se exigui momenti sunt et ne constantes quidem. Itaque si neque structura partium nec habitu plantae constanter differunt, quomodo in duas species divelli possunt?

134. ADUNCUM, decumbens subpinnatum, foliis falcatis lanceolato-acuminatis ruptinervibus subopacis: infimis luridis. Spec. musc. p. 295. Stirp. crypt. 4. p. 62. t. 24.

Hypnum *longisetum* Schleich. crypt. Helv. exsicc. Cent. 4. n. 33.

Hypnum *flavescens* Schleich. l. c. n. 34.

In paludosis ad fontes et rivulos depressos et montosos et alpinos omnis Europae; aestate maturum.

135. REVOLVENS, ascendens subramosum, foliis falcatis subtortilibus lanceolato-acuminatis ruptinervibus nitidis, infimis nigris. Tab. XCV.

Hypnum *ambiguum* Schrad. Web. Mohr. crypt. Germ. p. 360.

In turfosis profundis Germaniae borealis et Sueciae, in alpinis turfosis Germaniae, aestate maturum. 4.

Simillimum quidem *aduncо*, quocum a Webero, Mohrio et Bridelio coniungitur, sed tamen videtur diversum. *Folia* infima nigra, superiora aureo-flava, nitida, lanceolata, acumine longo fere capillari et cirroso, folii nervo tres folii quadrantes

occupante. *Flores* monoeci fusci: *masculi* foliis quadruplo minores, ovati; *foliis* sedecim ovatis, acutis enervibus; *antheris* decem brunneis et *paraphysibus* filiformibus, anthera paullo longioribus, maxime pellucidis. *Feminei perichaetii folia*, et *pistilla* et *paraphyses* pari fere numero, *folia* interiora lanceolato-acuminata, enervia, striata. *Vaginula* cylindrica, fusco-lutea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, dense trabiculati, fusco-lutei: *interni membrana* areolarum minorum seriebus geminatis; *dentes* lanceolati, tribus lacunis; *cilia* solitaria (in *adunco* gemina, quae vero non gravis nota est.) *Operculum* conicum acutissimum.

Tab. XCV. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. rami pars augm. 6. Fig. 3. folia caulis, 5. perichaetii feminei augm. I. Fig. 4. perichaetium, 6. vaginula, 7. theca augm. 6. Fig. 8. peristomii externi, 9. interni pars augm. IV.

136. LYCOPODIOIDES decumbens, ramis vagis incurvis, foliis falcatis ovato-acuminatis subsolidinervibus nitidis, theca ascendente.

Hypnum *rugosum*, caule procumbente diviso vage ramoso, ramis subcurvis, foliis laxius imbricatis circinnato falcatis secundis lato-lanceolatis acuminatis nervo subcontinuo, capsulae oblongae cernuae operculo conico Brid. suppl. 2. p. 227.

Hypnum *rugosum* Linn. Dillen? Dicks. e Smithio flor. Britann. 3. p. 1327.

In pratis turfosis, paludosis, in borealibus sed raro, fructiferum. ♃.

Simillimum hypno *scorpioidi*, sed folii nervo diversum. Color foliorum ut in *scorpioide*, aut rufo-aureus. Variat foliorum et caulis longitudine, foliis subfalcatis aut in semiciculum falcatis, eaque ratione *revolventi* simile redditur, ita ut specimina inveniantur, quae num ad *revolvens*, an ad *lycopodioides* referantur, dubitationem comparant. Tres itaque species, *aduncum*, *revolvens* et *lycopodioides* inter se pari affinitate coniunguntur et ulteriorem disquisitionem in loco natali, in quo copiose inveniuntur, exigunt.

137. RUGOSUM, ascendens subpinnatum, ramis tereti-depressis, foliis falcatis seminervibus dentatis basi rugosis. Spec. musc. p. 293.

In siccis montosis ad terram et rupes densis caespitibus. Nondum cum fructibus inventum est. ♃.

Dillenii synonymon excluditur ab Anglis, herbarium Dillenii volventibus, sed in Hassiae monte, quem locum natalem Dillenius dicit, hoc h. *rugosum* Hedwigii frequentissime, *lycopodioides* nullo loco crescere Sprengelius, a botanico, fide digno, didicit.

138. PLICATUM, ascendens subpinnatum: ramis teretibus, foliis falcatis lanceolatis seminervibus plicatis apice dentatis.

Hypnum *plicatum* Schleich. crypt. Helv. exsicc. Cent. 4. n. 27.

In monte le Varaz Helvetiae lectum misit Schleicher. ♃.

Caulis triuncialis, erectus, basi videtur decumbere; pinnatus, ramis subramosis, uncialibus, apice paullum incurvis, teretibus. *Folia* imbricata, apicibus secunda, falcata, lanceolata, acumine breviusculo, dentato, plicis duabus tres folii quadrantes percurrentibus, concava, pallide viridia: nervo debili, medio evanescente, concolori: areolis reticuli linearibus, parallelis, laxioribus paullo, quam in *rugoso*. *Flores feminei* cauligeni ovati: *folia* viginti aut plura, ovata, acuta, enervia; exteriora nervi quodam vestigio. *Pistilla* copiosa, fusca. *Paraphyses* pistillis paullo longiores, filiformes, pellucidae.

Statura hypni *rugosi*, sed gracilior. Foliorum plicae valde conspicuae, longae et profundae a *rugoso* distinguunt, quod aut nullam, aut unam alteramve brevem et folia transverse rugosa habet.

139. TENUIFOLIUM, caule arcuato apice radicante, foliis secundis subimbricatis cordato-lanceolatis seminervibus, theca erecta. Spec. musc. p. 283. t. 75. f. 1—3.

In insulis australibus. ♃. Deest in Herbario Hedwigiano.

† CRISPATULUM, caule ascendente, ramis erectis aduncis, foliis falcato secundis lanceolatis serratis uninervibus siccitate crispis. Hooker in act. soc. Linn. Lond. IX. p. 321. t. 28. f. 4.

Nepal. ♃.

140. SUBSPHAERICARPON, decumbens, ramis erectis subsimplicibus apice aduncis, foliis subfalcatis ovatis ruptinervibus, theca subrotunda.

Hypnum *subsphaericarpon* Schleich. crypt. Helvet. exsicc. Cent. 2. n. 46. Bridel. muscol. suppl. 2. p. 232.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis falcatis, capsulis ovatis. Haller Stirp. Helv. n. 1733. e Bridelio.

In rivulis alpinis Helvetiae, Galliae, Carinthiae, aestate maturum. ♃.

Caulis 2—3 uncias longus, decumbens, aphyllus, tenuis, aliquoties divisus, vage ramosus; ramis erectis, sesquiuncialibus, subsimplicibus, apice aduncis, basi nudiusculis. *Folia* secunda, subfalcata, ovata, acuta, rarius breviter acuminata, concava, marginibus inflexa, integerrima, nitida, amoene aut luteo-viridia: nervo debili, ultra medium perdurante, concolori: areolis reticuli subtilibus, elongatis. *Flores* monoeci, in medio ramorum solitarii: *masculi* exigui, ovati. *Folia perichaetii* decem, ovata, acuta, enervia. *Antherae* octo oblongae, turgidae, brunneae. *Paraphyses* filiformes, antheris paullo maiores, pellucentissimae. *Floris feminei* folia sedecim lanceolata, acuta, duabus striis plicisve notata, valde tenera, nervo crasso, continuo. *Pistilla* fusca et *paraphyses* copiosae. *Vaginula* oblonga, brunnea. *Seta* uncialis, subflexuosa, erecta, subscabra, ferruginea. *Theca* subrotunda, inaequalis, ascendens, collo saepe coarctato, cellulis granulata, fusco-brunnea. *Peristomii externi dentes* lanceolati, brunnei: *interni membrana* lutescens, lineis fuscis sedecim notata, areolarum minorum seriebus geminis; *dentes* lanceolati, solidi; *cilia* his aequalia, solitaria vel gemina, capillaria. *Operculum* conicum, mucronulatum, rufo brunneum.

141. UNCINATUM, decumbens, ramis vagis uncinatis, foliis falcatis lanceolato-capillaribus seminervibus bistriatis, theca cylindrica. Spec. musc. p. 289. Stirp. crypt. 4. p. 65. t. 25.

In rupibus montanis umbrosis Europae vulgare; in pratis turfosis valde extenuatum; toto anno fructiferum. ♃.

142. FLUITANS, fluctuan ssubpinnatum, ramis aduncis, foliis subfalcatis remotiusculis lanceolato-acuminatis ruptinervibus serrulatis. Spec. musc. p. 296. Stirp. crypt. 4. p. 94. t. 36.

Hypnum *scoparium* caule erecto basi nudiusculo superne simpliciter pinnato, ramis decrescentibus apice recurvis, foliis imbricatis lanceolatis circinnato falcatis acumine longissimo capillari integerrimis nervo continuo. Brid. suppl. musc. 2. p. 156. e speciminibus.

In stagnis et rivulis omnis Europae et Pensilvaniae frequens; raro fructus edit, ubi in siccum locum per aliquod tempus sublatum est, aestate. ♃.

143. FALCATUM, caule fluctuante basi setoso, foliis falcatis cordato-acuminatis crassinervibus substriatis.

Hypnum *falcatum* caule repente divisionibus erectis apicem versus ramoso-pinnatis pinnulis incurvis, foliis oblongo-lanceolatis carinatis acuminatis falcato secundis nervo apicem subattingente. Brid. muscol. suppl. 2. p. 212. Muscol. 2. 2. p. 63. t. 1. f. 6.

In rivulis alpium calcarearum v. c. Austriae inferioris Preyn, Tyrolis Kirschbaumer Alpe (minime inter Clagenfurth et

Villach Carnioliae, ut Bridelius ait, quae urbes Carinthiacae sunt et inter quas regionem intermediam non perquisivi) legi, prior in Helvetia Bridelius sterilia, tandem fructiferum invenit Schleicher; aestate. ♃.

Radix basilaris. *Caulis* spithamaeus, ramosus, apice suppinnatus, in inferiore parte nodulosus et nervis foliorum deperditorum persistentibus setosus, ferrugineo-fuscus; inter folia terminalia saepe albicans. *Folia* satis densa, falcata, cordato-acuminata, vel lanceolata, integerrima, una, alterave stria non satis evidenti notata, obesa, mollia, intense viridia: nervo crasso, ad ultimum apicem evanescente, concolori aut lutescente: areolis reticuli quadratis in basi, elongatis in apice. *Flores* quos habui, omnes deperditi erant: videntur monoeci: *masculi* exigui virides, foliis sedecim ovatis, obtusis, enervibus: *feminei* lutescentes, oblongo-acuminati; folia viginti, lanceolata, exteriora, cordato-acuminata, substriata: nervo crasso, apicem formante, rufescente. *Genitalia* et *paraphyses* destructae sunt. *Vaginula* oblonga, lutescens, basi foliorum vestigiis aspera. *Seta* biuncialis, erecta, apice paullum curvata, ferruginea. *Theca* cylindrica, ascendens, inaequalis, viridi-brunnea. *Operculum* conicum, ferrugineum. *Calyptra* subulata, lutea, apice fusca.

Transitum efficit haec species ab hypnis aduncis ad *fluviatile* et huic perquam simile est, excepta foliorum forma et nervo. Ab omnibus aduncis recedit nervo crasso, fere continuo.

Species non visae.

Hypnum *cylindricum* Smith fl. Brit. III. p. 1280. *medium* D. Smith l. c. *Donnianum* 1286. *crenulatum* 1289. (*rutabulum* dicunt Web. M.) *laete-virens* 1289. *Teesdalii* 1291. (*intricatum* dicunt Web. M.). *Stokesii* 1300. Turn. hibern. p. 159. t. 15. (vix a *praelongo* differt) *adnatum* 1304. (*palustri* associant W. M.) *flagellare* Dicks. Sm. l. c. 1322.

Hypnum *flagellare* Spec. musc. p. 282. t. 73. (excl. syn.) *alpinum* Sm. l. c. 1330.

Hypnum *pentastichum* Brid. suppl. musc. II. p. 152. *frondiferum* 87. *pennaeforme* 96. *fuciforme* 135. *sabinaefolium* 152. *Thunbergii* 153. *Thomasii* 175. *subtile* 72. *interruptum* 194. *Magellanicum* 253. *longiflorum* 253. *carinatum* ibid. *alternans.* ib. *elasticum* 255.

Hypnum *filiforme* Lamark encycl. bot. 3. p. 174. *molendinarium* Decand. fl. Gall. 2. p. 538. *ramosissimum* De l'Arbr. fl. Auv. II. p. 796.

Hypnum *sarmentosum.* Wahlenbg. fl. Lapp. p. 380.

* * *

Ad h. *confertum* pertinent synonyma:

H. *Ludwigianum.* Brid. suppl. 2. p. 146. Sprengel. bot. Briefe 3. p. 297. f. 56. sub Leskea.

H. *adnatum.* Bertoloni ad Persoonum in litt.

Leskea *Ludwigiana.* Brid. suppl. 2. p. 62.

FONTINALIS.

Peristomium duplex: *exterius* dentibus sedecim latiusculis: *interius* reticulatum.

Flores masculi gemmacei, axillares.

1. ANTIPYRETICA, foliis trifariam imbricatis ovatis complicatis; perichaetii ovatis. Spec. musc. p. 298.

In rivulis Europae et Americae; ubi quandoque emergitur fructifera, aestate. ♃.

2. SQUAMOSA, foliis trifariam imbricatis lanceolatis concavis: perichaetii ovatis. Spec. musc. p. 299. Stirp. crypt. 3. p. 31. t. 12.

In rivulis alpinis Europae et Americae borealis, aestate exeunte matura. ♃.

† CAPILLACEA, foliis sparsis lineari-setaceis falcatis: perichaetii lanceolatis, seta emergente.

In Pensilvania lectam misit rev. Mühlenberg. ♃.

Caulis tribus unciis longior, ramis vagis, remotis. *Folia* laxa, rariuscula, linearia basi, vel lanceolato-linearia, longe acuminata, integerrima, adunca, tenuia, straminea: nervo lato, sublutescente, e folii pagina emergente et hanc longitudi-

ne superante: areolis reticuli tenuibus, linearibus. *Flores* feminei per totum caulem, non vero ramos, sparsi, teretes, acuti, foliis quadruplo breviores, lineam sesquialteram longi, rufescentes. *Perichaetii* folia sex, lanceolata, enervia, integerrima. Haec folia maturante fructu ita elongantur, ut interiora unciae fere longitudinem adipiscantur. *Pistilla* 6 — 9 linearia. *Paraphyses* nullae. *Seta* subuncialis, apice tantum emergens, testacea. *Theca* ovata, pallide brunnea. *Peristomia* fracta sunt in omnibus, quae vidi, speciminibus et sub Anoectangii nomine quandoque venit haec planta singularis.

3. FALCATA, foliis trifariam imbricatis falcatis: perichaetii lanceolatis, seta exserta. Spec. musc. p. 299. Stirp. crypt. 3. p. 57. t. 24.

In aquis Sueciae. ♃.

POLYTRICHUM.

Peristomium simplex: *dentibus* 32—64, apice membranam prehendentibus.

Flos masculus femineusque terminalis.

Stirpes magnae et validae, *caule* erecto; *foliis* crassinervibus, rigidis, lanceolato-linearibus, saepe cuspidatis, caulinis duplici parenchymatis strato, floralibus masculinis simplici strato compositis, omnibus nervo instructis; *floribus* discoidibus, coloratis; *setis* exsertis; *thecis* erectis vel ascendentibus; *operculo* rostrato et simul plerumque planiusculo; *calyptra* brevi, longis plerumque pilis pendulis vestita aut nullis.

1. *Calyptra pilosa.*

I. *theca angulata, apophysi instructa, appendiculata.*

a) *foliis integerrimis.*

1. IUNIPERINUM, subsimplex, foliis patulis margine inflexis integerrimis costa scabris, theca appendiculata parallelopipeda. Spec. musc. p. 89. t. 18.

Polytrichum quadrangulare iuniperi foliis brevioribus et rigidioribus. Dill. musc. p. 404. t. 54. f. 2. e Smithio post comparatum Dillenii herbarium, dissentiente Menziesio ob folia a Dillenio serrata dicta.

In silvis et collibus siccioribus omnis Europae et borealis Americae; vere maturum. 4.

Calyptra cana et pallidior, quam caeterorum polytrichorum, quadam glaucedine tincta, longior quam lata, basi paullo amplior; theca saepe nutans et quasi infracta, peristomii dentes 64, obtusi, albidi. Variat magnitudine, non vero partium inter se obtinente ratione. Eius minor varietas dicitur a nonnullis bryologis p. *canescens.*

Polytrichum *strictum* Menziesii act. soc. Linn. Lond. 4. p. 77. t. 7. f. 1. secundum specimina a Swartzio missa, videtur non differre, ipsa adeo directio foliorum eadem est; sed si ad iconem et mentionem tomenti caulini in descriptione Menziesii respicio, haec melius quadrare videntur cum p. *affini.*

Bridelius auctores foliorum membranam reductam quam dicit neglexisse ait: sed Menzies in sua phrasi, quam plurimi mutuavere, bene de hac nota scripsit: foliis marginibus inflexis.

2. ALPESTRE, subramosum, foliis erectiusculis margine inflexis integerrimis costa subscabris, theca appendiculata cuboide.

P. *alpestre* surculo ramoso, foliis sessilibus confertis linguaeformibus acuminatis integerrimis, sporangii apophysi distincta, operculo purpureo rostrato. Hoppe manuale botan. 1801. p. 198. Sturm flor. German. crypt. fasc. 5.

P. *affine* Funk in Hopp. man. bot. 1802. p. 43. et in plant. crypt. exsicc. montis piniferi fasc. 12. n. 251.

P. *gracile* Blandow. et ill. Schultz in litt.

P *strictum* Schleich. crypt. Helv. exsicc.

In pratis turfosis subalpinis et montosis, saepe loco communi cum *iuniperino*, sed separatis gregibus, in Europa et Pensilvania, aestate maturum. ♃.

Tab. XCVII. fig. 1. planta feminea, 2. mascula naturali magnitudine. Fig. 3. folium inferius, 4. superius, 5. perichaetii, 7. vaginula, 8. theca augm. o. Fig. 6. apex folii, 9. peristomii pars augm. IV. Fig. 10. calyptra augm. oo.

3. GLABRUM, simplex, foliis erectiusculis planis integerrimis apice scabriusculis, theca appendiculata parallelepipeda.

P. *glabrum* trunco simplici foliis lineari-lanceolatis integerrimis carina laevibus membrana reducta carentibus, capsulae tetraedrae operculo e basi plana mucronato. Brid. muscol. rec. 2. p. 85.

Polytrichum Apuleja Commers. mrs.

In insula Borbonia legit Commerson. ♃.

Simillimum speciminibus praealtis *iuniperini*, differt foliorum margine non inflexo et carina, apice tantum aliquo modo scabriuscula, non vero denticulis ornata. *Theca* tetragona, aliquot sulcis et numerosissimis subtilibus lineis perpendicularibus exarata. *Apophysis* sphaerico-depressa, paullum rugosa. *Operculum* convexum, mucrone brevissimo, obtuso.

4. APPRESSUM, simplex, foliis margine involutis recta patentibus basi ciliatis, theca tetragona, operculo conoide.

P. *appressum*, trunco simplici stricto, foliis lineari-lanceolatis apice albis integerrimis, supremis carina scabris, omni-

bus siccitate cauli arcte appressis membrana reducta carentibus, capsula tetraëdra. Brid. suppl. muscol. 1. p. 51.

In Domingo et aliis Antillis insulis, nec non in insula Franciae lectum dedere Richard et Desfontaines, vidi etiam inter aliam speciem a Commersono lectam intermixtum. ♃.

Radix basilaris, et tomentum albidum, imum caulem, aphyllum, operiens. *Caulis* 3—4 uncialis, erectus, simplex. *Folia* remotiuscula, basi, totius quintam partem efficiente, hemicylindrica, caulem vaginant, inde recto angulo et absque flexione patent, ita ut in 6—8 ordines laxe disposita videantur; siccitate plerumque eriguntur, e basi latiori repente angustantur in formam lanceolato-linearem, marginibus inflexis, integerrimis, basi setoso-ciliatis, dorso spinuloso scabra, viridia, aetate fusca: nervo crasso-ferrugineo: areolis reticuli linearibus. *Flores dioeci*, terminales; *masculi* perichaetium e foliis sedecim ovatis vel e quadrangulo acuminatis, apice denticulatis albido-luteis: nervo crasso ferrugineo: areolis reticuli rhombeis, plus minus elongatis. *Antherae* copiosae. *Paraphyses* paullo longiores, clavatae, e duplici cellularum serie, albidi. *Feminei perichaetii folia* caulinis similia, pallide marginata. *Seta* 2—3 uncialis, erecta, vix tortilis. *Theca* tetragona, apophysi subglobosa, recta, e rufo fuscescens. *Peristomii* dentes 64, lineares, breves, albi ut epiphragma. *Operculum* planum, rostro subconico, thecae dimidiae aequali, croceo, apice luteo. *Calyptra* aureo villosa.

5. FILIFERUM, simplex, foliis lineari-subulatis margine infle-

xis integerrimis piliferis, theca tetragona. Spec. musc. p. 90.

In collibus, montibus et alpibus apricis Europae, borealis Americae, Carolinae et Domingo, et insularum Africae et australium, vere maturum. ♃.

Pilus exiguis denticulis scaber est. Valde variat magnitudine, interdum etiam caulis subdivisus.

† SUBPILOSUM, caule mediocri, simplici, erecto; foliis subcarnosis, linearibus, serrulatis, acumine longo, albido subpiloso apiculatis. Palisot Beauv. Aetheog. p. 86.

Ex insula Borbonia. ♃.

Simile *pilifero;* sed an cum eo coniungendum sit, nescio, quia fructus mihi desunt.

6. SEPTENTRIONALE, subramosum, foliis ascendentibus: margine inflexis integerrimis, theca sexangulari subappendiculata. Spec. musc. p. 99. t. 22. f. 1—4 sub *Norwegico.*

P. *septentrionale*, surculo ramoso, foliis lineari-subulatis subsecundis apice serrulatis; setis terminalibus; caps. subrotundo-ovatis, operculo conico subrecurvo. Swartz musc. Suec. p. 77. et 107. t. 9. f. 18. Wahlenberg flor. Lappon. p. 347.

P. *sexangulare* surculo simplici, foliis linearibus rigidiusculis integerrimis acutis siccitate incurvis subsecundis, capsula compresso-subsexangulari. Hopp. manual. botan. 1800. p. 150. Sturm. flor. Germ. fasc. 4. n. 4.

P. *crassisetum* Decand. fl. Gall. 2. p. 486. secundum specimina.

P. *Helveticum* Schleich. Helv. crypt. exsicc. Cent. 3. n. 16.

In apricis montium, alpiumque nivalium Scandinaviae, Germaniae, Galliae, Helvetiae, unde Schleicher misit, et Lapponiae Lulensis, in hac lectum vidi a Wahlenbergio; aestate maturum. 4.

In subalpinis altius est et thecam sexangularem habet, in alpibus nivalibus aut borealibus humilius, theca minore; quae immatura et matura variat forma ovata, quadrangulari, et sexangulari, directione recta aut nutante, colore viridi, maturitate brunnea, vetustate nigra. *Seta* crassior, quam in caeteris polytrichis, ipso *formoso*. Iuxta nives saepe totum solum vidi tegere, misere fructiferum, pollicare.

b) *foliis serratis.*

7. COMMUNE, subsimplex, foliis margine dorsoque serratis, apophysi orbiculata, theca tetragona, operculo mucronato. Spec. musc. p. 88. etc.

P. *yuccaefolium* Ehrh.

P. *perigoniale*, simplex, maiusculum, foliis serrulatis; perigonialibus dissimilibus, elongatis, membranaceis, capillatim desinentibus: sporangio tetragono; operculo orbiculato, centro breviter apiculato. Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 293.

In silvis ericetis siccis et humidis Europae, borealis Americae et Asiae; vere maturum. 4.

Folia perichaetii feminei diaphana, solo nervo crasso colorato.

8. FORMOSUM, subramosum, foliis serratis, theca quadrangulari subappendiculata, operculo conico rostrato. Spec. musc. p. 92. t. 19.

P. attenuatum, foliis lineari-lanceolatis carinatis cartilagineo-serratis patulis, capsula quadrangulari cernua, basi constricta. Menzies in act. Soc. Lin. Lond. 4. p. 72. t. 6. f. 2. teste Turnero, muscol. Hibern. p. 84.

P. *serratum* Schrank fl. Bavar. 2. 446. n. 1571. e speciminibus.

P. *pallidisetum*, trunco simplici, foliis lanceolatis patulis, margine serratis, capsula oblonga tetraëdra subincurva, operculo longe rostrato. Funk crypt. exsicc. mont. pinif. fasc. 3. n. 55.

P. *stans* Thuillier hbar.

In silvis et apricis montium, alpium et depressarum regionum in omni Europa et boreali America, aestate et vere maturum. ♃.

Facile dignoscitur a *communi* theca duplo longiori quam lata, apophysi vix conspicua, operculo conico in rostrum continuo, nec convexo, mucronato ut in *communi*.

P. *pallidisetum*, planta intermedia inter *formosum* et *longisetum*, illi magis accedit. Teste Funkio, observatore probo et solerti, in stationibus iisdem crescit in quibus *formosum* occurrit, et distingui potest. Sed non inveni characteres con-

stantes, quibus tuto a *formoso* distingui possit. Gracilius est, folia minus patent, theca angustior et minori apophysi suffulta, saepe paullum inaequalis est; sed omnes hae notae sunt relativae et dantur specimina, quorum locus dubius manet, si duae species proponuntur. Ipsum adeo *longisetum*, valde affine, non semper absque difficultate separatur.

9. LONGISETUM, subsimplex, foliis erectiusculis serratis, seta longa, theca appendiculata ovata obliqua subquadrangulari.

P. *longisetum* surculo simplici prolifero, foliis lanceolato-subulatis serrulatis, setis terminalibus longissimis, capsulis ovatis subangulatis obliquis apophysi minuta. Swartz musc. Suec. p. 76. t. 8. f. 16.

P. *gracile*, foliis lanceolatis acutis carinatis denticulato-serratis erectiusculis, capsulâ obovatâ subangulatâ-obliquatâ, apophysi destitutâ. Menz. act. soc. Linn. 4. p. 73. t. 6. f. 3.

P. *aurantiacum* Hopp. botan. Taschenb. 1800. p. 131. Funk crypt. exsicc. mont. pinif.

In turfosis depressis aut rupestribus montanis et subalpinis Sueciae, Seelandiae, Germaniae, Scotiae, Helvetiae; aestate maturum. ♃

† ELONGATUM, caule erecto gracili longo, foliis linearibus subserrulatis, floribus terminalibus, pyxidibus erectis. Palisot. Beauv. Aetheog. p. 61.

In Freto Magellanico. ♃

II. *Theca subcylindrica.* 1. *foliis rigidulis.*

10. ALPINUM, ramosum, foliis serratis laxis patulis, theca subappendiculata oblonga-ascendente, operculo curvirostri. Spec. musc. p. 92 t. 19. Menzies l. c. p. 83.

P. *silvaticum*, foliis lineari-lanceolatis acuminatis serratis rigidis, capsulis oblongis cernuis subincurvis. Menz. l. c. p. 83. t. 7. f. 6.

P. *arcticum*, surculo ramoso prolifero; foliis lineari-subulatis denticulato-serrulatis, setis terminalibus, capsulis oblongis erectiusculis. Swartz musc. Suec. p. 76.

P. *ambiguum*, subsimplex: foliis longo-subulatis, aculeato-serratis: sporangio subcernuo, cylindraceo: operculo promisse acuteque cuspidato. Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 293.

P. *ferrugineum* trunco erecto diviso, ramis fastigiatis, foliis e basi lata amplexicauli lineari-lanceolatis, serrulatis carina laevibus reflexo-patulis, capsula obscure tetragona apophysataque. Brid. suppl. musc. 1. p. 61.

In ericetis alpinis et silvis frigidis borealibus Europae et borealis Americae, aestate maturum. ♃

Nunquam vidi specimen *alpini*, in quo non adsint transitus a vulgari forma *arctici*, quod theca ovata, subcylindrica, apophysi quadam aut nulla variat. P. *ambigui* ipsius simillima in alpibus Germanicis inter caetera occurrunt. P. *ferrugineum*, quod Bridelius a me acceptum describit, est varietas, e

Groenlandia (non e Norwegia) missa, magis rigida et ramosa, theca vere subcylindrica, quae bene refert iconem florae Danicae t. 297., quae ad *septentrionale* plerumque citatur, sed quum specimina Oederiana non viderim, nolim ex icone manca coniecturam proponere.

Inter omnes species polytrichorum nulla tam saepe e flore masculo prolificat; sunt mihi specimina; quae sexies ex eodem caule supra florem innovarunt. Peristomii dentes in omnibus synonymis enumeratis video triginta duo.

11. URNIGERUM, subramosum, foliis serratis rectis, theca oblonga erecta, operculo convexo mucronato. Spec. musc. p. 100. t. 22. f. 5—7.

P. *fasciculatum*, caulibus breviusculis, superne fasciculato-subramosis: foliis linearibus, acutis, rariuscule aculeato-serratis: pedunculo breviusculo; sporangio cylindraceo, recto: operculo cum brevi mucrone convexiusculo. Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 294.

In silvis apertis, pinetis arenosis, ad vias cavas montium et in alpibus Europae, et Canadae, vere et aestate maturum. 4.

P. *fasciculatum* differt tantum statura minori et foliis paullo latioribus et in Canada et Parisiis prope Meudon occurrit.

12. CAPILLARE, humile simplex, foliis paucioribus serratis apice incurvis subtortilibus, theca ovata recta, operculo convexo mucronato.

P. *capillare* brevicaule, simplex: foliis paucioribus, laxiuscu-

lis, linearibus, aculeato-serratis: pedunculo longiusculo, capillari: sporangio erecto, ovoideo: operculo convexo, mucrone abrupto, gracili, longiusculo. Michaux flor. bor. Americana 2. p. 294.

In Canada lectum communicavit cl. Richard. ♃.

Radix basilaris, tomentosa, albida. *Caulis* uncia dimidia brevior, simplex, basi aphyllus. *Folia* pauca, inferiora breviora et latiora, vagina minus distincta, superiora longiora, linearia, latiora ratione suae longitudinis quam in plerisque polytrichis, remotius serrata: serraturis aculei forma, basi patentibus, apice erectiusculis, raro duplicibus; caeterum plana, apice saepe incurvo, ad costam argute dentato, iuniora carinata, laxa; siccitate vix notabiliter tortilia, sed non ita sricte erecta, quam in *urnigero*. *Folia perichaetii feminei* caulinis similia. *Seta* sesquiuncialis, erecta, siccitate versus apicem valde tortilis, fusca. *Theca* erecta, ovata, aequalis, ore incrassata, fusca. *Peristomii dentes* 32, lineares, obtusiusculi, albidi. *Operculum* convexum, rufum, mucrone dimidiae thecae aequali, recto, lutescente. *Calyptra* theca paullum brevior, villis paullum confusis, fulva.

Simile *urnigero*, imprimis quoad thecam, sed foliis latioribus, serraturis rarioribus patentibus, foliis apice incurvis et caule brevi simplici distinctum. Specimina, quae in Helvetia legit D. Lehmann, Danus, habitu accedunt, sed propter thecae et foliorum formam et rigiditatem *urnigero* accensenda puto; Wahlenbergiana, quorum in flora Lapponica mentio iniecta est, non vidi.

13. ELATUM, subsimplex rigidum, foliis serratis canaliculatis, theca appendiculata cubica, calyptra basi reflexa.

P. *elatum* caule erecto, simplici; foliis lanceolatis, serrulatis; floribus terminalibus; calyptrâ elata; pyxidibus maximis. Palisot Beauv. aetheog. p. 85. Brid. suppl. muscol. 1. p. 56. sub *purpurascente* *.

In insula Franciae lectum vidi in herbario Auberti; ex insula Borbonia habuere Palisot et Bridel. ♃.

Caulis sexuncialis, apice bifidus, tomento albo basi tectus et aphyllus, tetragonus, rectus, rigidus. *Folia* ultra medium caulem provenientia, lanceolato-linearia, margine et carina serrata, canaliculata, parum patula, siccitate stricta, ferruginea, basi juxta nervum brunnea; quaedam apice toto albicantia, neque pilifera, forte aetate aut coeli asperitate mutata: nervo crasso, substantia crassa, pluribus cellularum linearium stratis composita, in basi erecta membranacea. *Perichaetii feminei* folia tenuiora, erecta, luteo marginata. *Seta* quadriuncialis, erecta, rigida, fusca. *Theca* cubica, lateribus excavatis, fusca. *Apophysis* subrotunda, adnata, concolor. *Operculum* planiusculum, rugis reticulatum, mucrone brevi, obtuso, crasso, brunneo-fusco. *Peristomii dentes* 64, lineares, albidi. *Epiphragma* pubescens, albidum. *Calyptra* vellere thecae longiori, aureo; eius basin reflexam non vidi, forte quia nimis iuvenilis erat.

14. REMOTIFOLIUM, simplex gracile strictum, foliis serratis vaginantibus remotis, theca appendiculata tetragona, calyptra canescente.

P. *remotifolium*, caule gracili, simplici, longo; foliis basi membranaceis, vaginantibus inferioribus, subalternis, remotis. Palis. Beauv. Aetheog. p. 86.

In insula Borbonia legit Commerson, dedit cl. Thouin et Palisot. ♃.

Caules praelongi, stricti, in scopae formam compacti, inferne nudiusculi, graciles, simplices. *Folia* inferiora remota, superiora copiosiora, erecta, basi folii trientem efficiente totum fere caulem vaginantia, lanceolato-linearia, planiuscula, margine et apice dorsi argute serrata, ferruginea, baseos parte membranacea luteo-brunnea. *Perichaetii feminei* folia caulinis paullo latiora, et latius membranacea. *Seta* triuncialis, erecta, fusca. *Theca* erecta aut subnutans, quadrangula, ratione plantae parva, vix ultra duas lineas longa, aequalis, subtiliter reticulata, fusca. *Apophysis* subrotunda, concolor. *Peristomii dentes* 64, albi ut epiphragma. *Operculum* planiusculum, mucrone parvo crasso, obtuso, siccitate rugosum. *Calyptra* cum pilis theca paullo longior, brunnea superne adspersis pilis canis, vix nitens.

† DENTATUM ramosum, foliis lanceolatis acutis aculeato-dentatis, capsulis cylindricis rectis. Menzies in act. soc. Linn. 4. p. 80. t. 7. f. 4.

In silvis abietinis orae occidentalis Americae septentrionalis. ♃.

† SUBULATUM, subramosum, foliis lanceolatis carinatis cartilagineo-serratis dorso denticulatis, capsulis cylindricis erectiusculis, operculo subulato. Menz. l. c. p. 303. t. 6. f. 5.

In Nova Seelandia. ♃.

† PULVERULENTUM trunco simplici folioso, foliis lineari-lanceolatis, acuminatis horizontalibus roridis. Spec. musc. p. 91.

Ad fossarum et viarum margines in Helvetia. ♃.

Has tres species non vidi. Specimina, quae a Schleichero *pulverulenti* nomine missa sunt, ad *aloides* accedunt, Brideliana ad *urnigerum* pertinent.

15. ALOIDES humile, foliis lanceolatis serratis, theca cylindrica erectiuscula, operculi mucrone incurvo. Spec. musc. p. 96. Stirp. crypt. 1. p. 37. t. 14. Menzies act. soc. Linn. 4. p. 70. Turner muscol. p. 88.

P. *rubellum*, fol. lanceolatis carinatis obtusiusculis serratis dorso denticulatis, capsulis subcylindricis erectiusculis Menz. l. c. p. 79. t. 7. f. 3.

P. *Dicksoni*, caule sub-simplici; foliis lineari-lanceolatis obtusis serratis erecto-patulis: capsula cylindracea recta; operculo conico. Turn. muscol. p. 90. t. 12. f. 2.

P. *minimum* Crome in litt.

In aridis apricis, ad aggeres et fossarum siccos margines, in ericetis omnis Europae, primo vere maturum. ♃.

P. *rubellum* e Menziesii verbis differt caule ramoso et folii nervo denticulatis. Monet Turner, illam notam ab aetate forte pendere et folii nervum in aloide ipso esse serratum, quibus assentio. Specimina *rubelli* a Swartzio accepta etiam caule non differunt ab *aloide* et *aloides* ipsum interdum ramosum inveni. P. *Dicksoni* differt caule alto, interdum ex apice

innovante, seta vix e foliis summis emergente; sed eandem structuram foliorum et capsulae habet et in communem *aloidis* formam transit, ut docent specimina Cromii, comparatis Turnerianis. Caeterum differt *aloides* foliis planiusculis et subtilissime at evidenter serratis a *nano*.

16. BRACHYPHYLLUM, humile, foliis oblongis carinatis theca dimidio et vaginula brevioribus, theca oblonga ascendente.

P. *brachyphyllum*, acaule: foliis ad radicem conglobatis, brevissimis, ovato-oblongis, apice crassiusculo obtusatis: sporangio subcorneo, oblongiuscule obovoideo; operculo breviter apiculato. Michaux flor. bor. Amer. 2. p. 295.

P. *vaginans* trunco simplicissimo brevissimo, foliis e basi lata membranaceo-pellucida linguaeformibus subulatis subcarinatis, perichaetiali unico maximo cylindrico vaginante, thecae erectae ovatae operculo conico. Brid. suppl. 1. p. 68.

In Carolina frequenter lectum dedere Richard, Bosc. ⊙?

Radix tomentosa, albida. *Caulis* brevissimus, simplex. *Folia* sex vel octo oblonga, carinata, integerrima aut uno vel altero denticulo in medio notata, stricta, apice paullum incurva, crassa, opaca, solo margine parum et basi pellucida, brunneo-fusca: nervo tenui, non conspicuo nisi omne folii parenchyma eminus detersum fuerit: areolis reticuli subtilibus, pluribus in stratis superimpositis. *Perichaetii feminei folia* caulinis similia. *Vaginula* cylindrica, foliis aut aequalis, aut duplo longior, brunnea. *Seta* uncialis, aut altior, siccitate vix tortilis, rufo-fusca. *Theca* oblonga, medio paullum incrassata,

inaequalis, ascendens, fusco-brunnea. *Peristomii dentes* 32, lineares, quidam subgeminati ut in aliis affinibus speciebus, albidi. *Operculum* convexum, mucrone crassiusculo. *Calyptra* villis baseos inaequalibus, interdum patulis, fulva, rarius grisea.

Habet thecam *aloidis*, foliis *nano* similius est.

17. NANUM, humile, foliis lanceolatis obtusis margine nervoque serrulatis, theca subrotunda ascendente. Spec. musc. p. 95. Stirp. crypt. 1. p. 35. t. 13.

P. *pumilum*, surculo simplici, foliis linearibus planiusculis subintegris; caps. turbinato-subrotundis erectis. Swartz musc. Suec. p. 77. t. 9. f. 19.

P. *subrotundum*, fol. lanceolatis obtusis integerrimis rigidis, capsula turbinata erectiuscula. Menzies act. soc. Linn. 4. p. 68. Hudson etc.

P. *intermedium* trunco brevissimo simplicissimo, foliis linguaeformibus obtusis planiusculis integerrimis, pedunculis valde tortilibus, capsulae subrotundae erectae operculo rostellato. Brid. muscol. suppl. 1. p. 70.

Pogonatum *pusillum*; caule brevi, simplici, erecto, ad basin nudo; foliis carnosis lanceolatis, scabris subserrulatis. Palisot B. aetheog. p. 84.

In ericetis et sterilibus Europae, vere maturum. 4.

Non potui agnoscere notas constantes, quibus P. *pumilum* a *nano* distinguatur. Folia margine et thecae forma in omnibus variant. *Folia* crassa sunt, brunneo-fusca, opaca; ad imam

tantum vaginantem basin pellucida, infima caulis minora et tota, excepto nervo, pellucida, virentia. In speciminibus maioribus margo et costa foliorum serrulati sunt. P. *pusillum* a communis *nani* speciminibus pusillis non differt, atque ut a cl. Bosc. inventore didici, in Europa nec in America lectum est, cum hypno *rufescente* D.

18. CONTORTUM, praelongum subramosum, foliis tortilibus serratis canaliculatis, setis lateralibus, thecis cylindricis erectiusculis. Tab. XCVI.

P. *contortum* foliis lineari-lanceolatis serratis involutis siccitate contortis, pedunculis lateralibus, capsulis cylindricis erectiusculis. Menz. act. soc. Linn. 4. p. 78. t. 7. f. 2.*

P. *laterale*, Brid. suppl. muscor. 1. p. 76.

In ora occidentali Americae septentrionalis. 4.

Caulis erectus, 2—5 uncias altus, apice saepe bis vel ter divisus, infra medium plerumque calvus. *Folia* sparsa, rariuscula, ad innovationum bases densiora, lineari-lanceolata, paulum involuta, tortilia, toto margine folii et superiori baseos vaginantis argute serrata, obscure viridia, vetustate fusco-brunnea: nervo obscuriori (enervia dicit Menzies), ad apicem perdurante: substantia crassiuscula. *Folia perichaetii* caulinis similia. *Setae* innovante caule laterales fiunt et persistunt, uncias tres longi, erecti, siccitate parum tortiles, fusci. *Theca* cylindrica, subcurvata, erectiuscula, fusca. *Peristomii dentes* 32. *Operculum* conicum, mucronatum. *Calyptra* angusta, ovalis, straminea.

Tab. XCVI. fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. folia, 4. theca augm. IV. Fig. 3. apex folii, 4. peristomii pars augm. IV.

19. CONVOLUTUM, longissimum subsimplex, foliis tortilibus serratis, setis terminalibus brevibus, thecis teretiusculis, erectis. Tab. XCVI.

P. *convolutum* Linn. jun. meth. musc. p. 374. t. 4. f. 3.

Pogonatum *convolutum* Palis. Beauv. Prodr. p. 85.

In silvis humidis in insula Borbonia legit Commerson et Bory de St. Vincent. ♃.

Caulis pedalis, simplex, apice unum alterumve brevem ramulum edens, angulatus, niger, nitens. *Folia* unguicularia, inferiora duplo minora, remotiuscula, vaginantia, lineari-lanceolata, planiuscula, siccitate non valde tortilia, margine et costa serrata, e viridi vel brunneo fusca: nervo paullo obscuriore. *Setae* terminales, vix unciales, non tortiles, ferrugineae. *Theca* teres, inaequalis, ore incrassata, fusca. *Peristomii dentes* 32., lineares, fusci. *Calyptra* angusta, theca per villos longior, grisea.

Tab. XCVI. fig. 1. planta naturali magnitudine. Fig. 2. folium, 3. theca, 4. calyptra augm. 6. Fig. 5. apex folii augm. IV.

20. DENDROIDES, longissimum comosum, foliis tortilibus linearibus canaliculatis serratis, seta terminali. Spec. musc. p. 102. Brid. muscol. 2. p. 101. t. 5. f. 6.

In freti Magellanici silvis, quae alpibus subsunt, Baie Française et Port Galant et in Dusky Bay Novae Seelandiae. ♀.

Caulis pedalis, basi in quendam quasi bulbum incrassatus, angulatus, fuscus, nitens, maxima parte a basi calvus; apice ramos plures simplices aut ramosos, biunciales, in speciem arboreae comae edit. *Folia* densa, e vaginante semicylindrica et brevi basi contracta, linearia, angustissima, canaliculata, marginibus et dorso serrata, siccitate tortilia (ut Bartramiae *crispae*), e brunneo fusca, siccitate nigra: nervo totam fere folii latitudinem replente, obscuriori: substantia caeteris polytrichis tenuiori et magis compacta. *Folia perichaetii* feminei caulinis similia. *Vaginula* brevis, vix folii basi vaginante longior, arcta, ferruginea. *Seta* uncialis, brunnea.

21. TORTILE, simplex glabrum, foliis tortilibus serrulatis, thecaque ovata sulcata scabriusculis. Swartz flor. Ind. occ. 3. p. 1839.

P. *convolutum* Spec. musc. p. 94. t. 20. f. 3—5. exclusis synonymis Linnaei. *

P. *Dominghense* trunco subsimplici elongato, foliis oblongo-lanceolatis margine serrulatis carinaque denticulatis planis siccitate subcontortis, perichaetiali interne in cylindrum convoluto, capsulae erectiusculae basi attenuatae subcylindricae muriculatae operculo convexo-acuminato. Brid. suppl. 2. p. 75.

In insula Iamaica in fossis macris argillosis montium excelsorum, in Domingo et insula Franciae. ♀.

Flos masculus maximus fere in hoc genere, interdum prolifer. *Folia perichaetii* quadrata, acuminata, nervo cuspidata, serrulata, flavescentia. *Antherae* lutescentes. *Paraphyses* filiformes, tenuissimae, pellucidae, minus copiosae quam antherae.

Specimina *Domingensis* exacte conveniunt cum Swartzianis.

22. CIRRATUM, caule simplici tomentoso, foliis tortilibus linearibus, theca terminali turbinato-cylindrica laevi.

P. *cirratum*, caule simplici, foliis linearibus siccitate convolutis incurvis tortisve, capsula turbinato-cylindrica erecta. Swartz in Schrad. diar. botan. 4. p. 176. t. 4.

In montibus coeruleis insulae Iavae, nec in Africa. ♃.

Radix capillaris, brevis. *Caulis* biuncialis, erectus, tomento ferrugineo a basi aphylla usque inter folia tectus. *Folia* sparsa, approximata, lanceolato-linearia, subcarinata, marginibus et dorso serrata, subsecunda, tortilia, glabra et paullum nitentia brunnea fusca: nervo conspicuo et substantia ut in praecedente. *Vaginula* angusta. *Seta* biuncialis erecta, vix tortilis, fusca. »*Theca* turbinato-cylindrica erecta, laevis, virens. *Peristomii dentes* 32. brevissimi, lineares, obtusi, incurvi, pallide fusci. *Epiphragma* membranula tenera, albida. *Operculum* hemisphaericum, mucrone conico, acuto, brevi, fuscum. *Calyptra* straminea, villo filamentoso longo pallide ferrugineo.» Sw.

Differt a praecedente ut P. *nanum* ab *aloide* Sw.

Calyptra subglabra.

23. *Hercynicum*, simplex, foliis serrulatis, theca urceolata erecta, operculo conico, calyptra sursum pilosa. Spec. musc. p. 94. Stirp. crypt. 1. p. 40. t. 15. Smith flor. Brit. 7. p. 1381.

Atrichum *Hercynicum* Palis. Beauv. Aetheog. p. 42.

Orthotrichum *Hercynicum* Hoffm. fl. Germ. crypt. Bryum *incurvum* Hudson. 479.

Catharinea *Hercynica* Ehrh. Beytr. 1. p. 190.

In ericetis montosis et alpinis Salisburgi, Styriae (alpes Iudenburg), Sudetum; prope Slanberris et in Scotia, aestate. ♃.

Sequentes species arctissimo vinculo cum Polytricho connectit.

24. MARGINATUM, simplex, foliis serrulatis late marginatis, theca oblonga cernua, calyptra glabra.

P. *marginatum* trunco erecto simplici, foliis basi dilatatis margineque membranaceis lineari-subulatis subserrulatis, capsulae ovatae subangulatae basi retusae apophysi parva obscura. Brid. muscol. suppl. 1. p. 59.

P. *laevigatum*, surculo simplici, foliis ovatis concavis imbricatis, capsulis oblongis cernuis, calyptra laevissima. Wahlenbg. fl. Lapp. p. 349. t. 22.?

P. *glabratum* Wahlb. ms.?

Missum e Suecia; Wahlenbergii planta in Lapponia lecta est. ♃.

Caulis simplex, uncialis. *Folia* lineari-lanceolata, inferiora breviora, remotiuscula, carinata, suberecta, margine aut tota fere substantia, demto nervo, membranacea, pellucida, subtiliter dentata, fusco-lutea: nervo crasso, lato, composito e pluribus lineis elevatis, hic illic paullo divergentibus, ut membranacea folii pars translucescat. *Seta* sesquiuncialis. *Theca* oblonga, basi impressa, subteres, recto angulo a seta ad horizontem directa, fusca. Caetera desunt.

Mea planta foliis non omnino convenit cum icone Wahlenbergiana, quae folia ovata et integerrima sistit, convenit vero quoad structuram nervi.

25. UNDULATUM, subsimplex, foliis tortilibus undulatis, theca tereti-oblonga curvula, operculo convexo mucronato, calyptra subnuda. Spec. musc. p. 98. Stirp. crypt. 1. p. 43. t. 16. 17.

Atrichum *undulatum* Palis. B. Aetheog. p. 42.

Catharinea *Callibryon* Ehrh. crypt. exsicc. 83.

β) minus, theca ovata, peristomio longiori, foliis latioribus.

In silvis rupestribus, umbrosis, ad muros; var. β) loco insolato, ubique vulgare in Europa et boreali America; vere. ♃.

In communi varietate folia plerumque minus undulata sunt et nervo non lato, sed qui similis mniorum nervo est, instructa. Hic nervus vero etiam aliquam mollitiem habet, et se distendi, vel aliquo modo in duos separari patitur. Reticulum foliorum constat areolis circularibus aequalibus et similius reti-

culo bryorum quam polytrichorum est. Dantur communis varietatis specimina, qualia prope Meudon Parisiis legit Richard, quae folia fere sequentis speciei, sed omnino habitum, thecam et nervum *undulati* habent, neque tamen transitum in sequentem speciem admitti sinunt. Varietas β) humiliori caule et theca brevi a communi *undulato* valde recedit, sed foliis huic simillima est et thecae formam non ita constanter servat, ut speciei iura postulet.

26. ANGUSTATUM, simplex foliis tortilibus undulatis, theca cylindrica curvula, calyptra glabra.

P. *angustatum*, trunco simplicissimo, foliis linearibus carinatis serratis undulatis tortilibus, capsula suberecta angustissima cylindrico arcuata. Brid. muscol. suppl. 1. p. 78. Bryum iuniperi foliis rugosis, capsulis rectioribus. Dillen. musc. p. 362. t. 46. f. 19. e Turnero musc. Hibern. p. 92. Polytrichum *undulatum minus* Michaux flor. bor. Am. 2. p. 295. In Carolinae humosis cl. Bosc, in Pensilvania Mühlenberg, in Neomarchia lectum ill. Schultz dedere. ♃.

Radix tenuissimis fibris late in humo arenosa expanditur. *Caulis* semunciam altus, simplex, erectus. Folia linearia, subcarinata, concava, plicis transversis a costa ad marginem continuis undulata, margine et costa acutissime serrata, siccitate tortilia, lurido-viridia: nervo lato, folii trientem occupante, continuo, molli et acus pressione bipartibili, fusco: areolis reticuli circularibus, aequalibus. *Masculi* caules desunt. *Feminei* floris perichaetii folia caulinis similia. *Vaginula* brevis, an-

gusta, cylindrica, ferruginea. *Seta* fere uncialis, erecta, siccitate parum tortilis. *Theca* cylindrica, erecta, curvula, ore turgido, fusca. *Peristomii dentes* 32, lineares, angusti, erecto-incurvi et *epiphragma* minusculum albidi. *Operculum* e convexo rostratum, thecae dimidiae longitudine, concolor, basi rufescens. *Calyptra* subulata, latere fissa, glabra, brunnea.

Saepe arripitur perichaetii intimum folium a seta et attollitur in eius medio convolutum, alias calyptra setam ambit, relicta immatura seta. Seta interdum bis involvitur.

P. *controversum* Brid. e synonymis et descriptione videtur non differre.

27. MAGELLANICUM, subramosum, foliis serratis rigidis, theca oblonga rectiuscula, operculo conico rostrato, calyptra glabra. Spec. musc. p. 101. t. 20. f. 1. 2.

P. *Magellanicum* foliis lineari-lanceolatis acutis denticulato-serratis, capsula oblonga subcylindrica erectiuscula, calyptra simplici. Menzies act. soc. Linn. 4. p. 71. t. 6. f. 1.

Pogonatum *Magellanicum* Palis. B. Aetheog. p. 84.

In freto Magellanico. ♃.

Tota planta valde rigida. *Folia* margine et dorso argute serrata. *Flores masculi* ter, quinquies innovationem caulis edunt. *Folia perichaetii* forma congenerum, sed longius cuspidata, nervo serrato, rufo-brunnea. *Antherae* copiosissimae, lutescentes. *Paraphyses* filiformes, tenuissimae, albidae. *Setae* laterales fiunt. *Operculum* conicum rostratum, dimidia theca longius, rufo-brunneum.

Mantissa generum aliquot novorum.

CALYMPERES.

Peristomium nullum: thecae orificio membrana spongiosa tecto.

Flores terminales, dioeci.

Genus a Swartzio conditum et a Webero in Tabula muscorum frondosorum genera exhibente, Kiliae 1813. propositum; omnibus partibus valde memorabile est. *Caulis* simplex. *Folia* longa, crassinervia, maxime singularia. *Vaginula* oblique striata. *Theca* erecta, membrana in operculum ascendente, initio clausa. *Calyptra* totam thecam involvens, sulcata, contorta, in lacinias media sua parte disrupta. Locus arboreus. Patria zona calida.

1. LONCHOPHYLLUM, foliis linearibus dentatis longissimis. Tab. XCVIII.

In arboribus Gujanae legit clar. Richard. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* 4 lineas altus, erectus, fragilis, simplex. *Folia* sparsa, ima basi semi-amplexicaulia, caule triplo longiora, linearia, acutiuscula, marginata, dentata

pellucida, margine opaca, siccitate apicibus tortilia, pallide viridia: nervo crasso, lato, ad apicem perducto, luteo-viridi: areolis reticuli exiguis, rotundis, in basi folii quadratis. *Flores* dioeci: *masculi* deerant: *feminei folia* caulinis similia, intimo uno alterove acutiore. *Pistilla* plus quam duodecim. *Paraphyses* copiosissimae, capillares, acutae, pistillis paullo longiores, articulis oblongis. *Vaginula* theca longior, cylindrica, oblique striata, ferruginea. *Seta* semuncialis, erecta, siccitate vix tortilis, subscabra, fusca. *Theca* cylindrica, recta, aequalis, ore incrassata, laevis, siccitate parum rugoso-sulcata, brunnea. *Membrana* operiens (epiphragma) vix notabiliter radiato-striata, lutescens. *Operculum* e planiusculo rostratum, obtusiusculum, theca dimidio brevius, brunneo-rufum. *Calyptra* fusiformis, medio ampliata et lacera, sulcata, spiraliter contorta, thecam cum operculo totam operiens et operculum, ubi detrusum est, retinens, luteo-straminea.

Tab. XCVIII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. folium inferius, 3. superius augm. o. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. 6. theca, 7. calyptra matura in statu humido operculum apprimens, 8. eadem evacuata augm. I. Fig. 9. Membrana thecam operiens augm. IV.

2. PALISOTI, foliis oblongis obtusis integerrimis. Tab. XCVIII.

Cryphium *vaginans* Palisot Beauvois Ms.

Ad saxa humentia prope rivos montium in insulis St. Thomae, in arboribus Gujanae legit Richardus, Ianuario mense; in regno Oware Africae Palisot Beauvois. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* uncialis, simplex, raro semel divisus. *Folia* plantae iuvenilis et basilaria plantarum adultarum oblonga, obtusa, subcarinata; superiora oblongo-lanceolata, aut oblongo-lingulata, carinata, margine undulata; aut oblonga, apice rotundata et infra apicem angustiora, propter marginem hac parte reflexum: omnia integerrima, siccitate tortilia, pellucida, mollia, pallide virentia, basi semi-amplexicauli, albida: nervo crasso ad apicem perdurante, in foliis lingulatis latissimo et totam quandoque extremitatem replente: reticuli areolis minimis, quadratis. *Flores* dioeci? Capitula aphylla, foliorum lingulatorum apici excavato innata, ex innumeris corpusculis filiformibus, per areolarum isthmos transverse et longitudinaliter striatis, aliis apice integris, aliis apertis, tenuibus filamentis innixis, pallide luteis: an flores masculi? *Flores feminei* solitarii in singulo caule vel ramo. *Folia perichaetii* oblongo-lingulata, caulinis similia. *Pistilla* pauca. *Paraphyses* non visae. *Vaginula* cylindrica, theca longior, transverse striata, ferruginea. *Seta*, *theca*, *membrana operiens*, *calyptra*, simillima praecedentis speciei. *Operculum* theca duplo brevius.

Capitula illa esse flores videntur ob corpusculorum figuram, nervi foliorum florigerorum crassitiem, quippe qui succorum abundantiam suggerit, cuius usus ad nutrienda genitalia in promtu esset. Alterum exemplar foret post Mnium *androgynum* L. antherarum libero aëri expositarum.

Tab. XCVIII. fig. 1. plantae magnitudine naturali. Fig. 2. caulis apex augm. o. Fig. 3. folia inferiora et media, 4.

superiora augm. I. Fig. 5. folii medii, 6. foliorum superiorum apices augm. IV. Fig. 7. fasciculus corpusculorum apici folii adnatus, augm. IV. Fig. 8 corpusculum intus cellulosum, 9. aliud magis vacuum augm. V. Fig. 10. theca, 11. calyptra sicco, 12. humido statu augm. I. Fig. 11. Membrana thecam operiens augm. IV.

FABRONIA.

Peristomium simplex: *dentibus* octo parium involutis.

Flores axillares, gemmiformes.

Habitus hypni aut pterigonii minimi. *Caulis* vage ramosus, *folia* sparsa, ciliata, *theca* seta suffulta. *Peristomium* coriaceum, quo a pterigoniis plerisque, caeterum valde diversis, recedit.

1. PUSILLA, foliis lanceolatis mucronatis ciliatis enervibus. Tab. XCIX.

Fabronia *pusilla* Radda act. Florentin.

In rupestribus Italiae superioris lectum misit Persoon. ♃.

Radix capillacea, basilaris et cauli hic illic adnata. *Caules* in densum et depressum caespitem compacti, unciales aut semunciales, repentes: ramis vagis siccitate teretibus, decumbentibus, madore ascendentibus, laxe foliosis. *Folia* sparsa, patula, lato-lanceolata; mucrone angusto, folii tertiam, raro dimidiam partem aequante, margine serrato-ciliato; ciliis in utroque latere subquinis, basi uno alterove denticulo notatis, pallide viridia, seniora lutescentia: enervia: areolis reticuli elon-

gatis, parallelis. *Flores* monoeci, cauligeni, gemmiformes: *masculorum* folia 14, subaequalia, conniventia, ovata, mucronata, breviter ciliata, quaedam integerrima. *Antherae* 12, breves, oblongae, turgidae. *Paraphyses* in utroque flore nullae. *Feminei floris folia* 10, erecta et subimbricata, exteriora breviora, caulinis similia, nunc minora, nunc aequalia. *Pistilla* decem, unicum fertile. *Vaginula* oblonga, ferruginea. *Seta* 4—6 lineas alta, erecta, siccitate parum tortilis, luteo-brunnea. *Theca* hemisphaerico-turbinata seu urceolata, ore amplo, margine incrassato, laevis, subpellucida, viridi-brunnea. *Peristomii dentes* lineares, truncati, thecae colore et substantia similes. *Operculum* e convexo rostratum, rufo-brunneum. *Calyptra* subulata, latere fissa, laevis, pallide brunnea.

Tab. XCIX. fig. 1. plantae naturali magnitudine. 2. caulis pars augm. II. Fig. 3. folia augm. III. Fig. 4. unum ex his augm. IV. Fig. 5. flos masculus, 7. femineus, 6. masculi, 8. feminei interiora folia cum genitalibus augm. IV. Fig. 9. theca augm. II. Fig. 10. peristomium augm. IV.

3. OCTOBLEPHARIS, foliis ovatis mucronatis serratis seminervibus. Tab. XCIX. f. a. b.

Pterigonium *octoblepharis* Schleich. plant. crypt. Helvet. exsicc.

Hypnum *ciliare* caulibus implexis repentibus vage subpinnatimque divisis, ramulis variis filiformibus incurviusculis, foliis imbricatis subappressis ovato-lanceolatis ciliato-serratis nervo obsoleto brevi, capsulâ ovatâ rectâ. Brid. muscol. suppl. 2. p. 155.

In Helvetiae rupibus lectam misit Schleicher. ♃.

Folia ovata, mucrone tenui folii tertiam partem aequante, margine vesiculoso-serrato, interdum subciliato; ciliis copiosis: nervo subtili folii dimidiam partem percurrente: areolis oblongis latioribus quam in *pusilla*, a qua caeteroquin differt statura paullo maiore, seta breviori, peristomii dentibus acutis.

Tab. XCIX. fig. b. folium, a. peristomii pars augm. IV.

3. PERSOONI, foliis lineari-lanceolatis ciliatis enervibus, caule erecto. Tab. XCIX.

In insula Borbonia lectum dedit Claudius Richard, P. Paris. ♃.

Radix basilaris, densa, fibrillis capillaribus, solito crassioribus. *Caulis* erectus, ramis paucis, fasciculatis, subfastigiatis, valde fragilis et tener. *Folia* sparsa, erectiuscula, lineari-lanceolata, serrato-ciliata, amplexicaulia, rigida et valde fragilia, pallide viridia: enervia: areolis reticuli elongatis, subtilissimis. *Flores* ad basin caulis, inter tomentum radiculosum, fasciculati; oblongi, folia subaequantes, rufo-fusci. *Perichaetii* folia duodecim oblongo- vel ovato-lanceolata, subciliata, erecta, rigida, caeterum caulinis similia. *Paraphyses* filiformes, articulis oblongis, crassae, albidae. Genitalia deperdita, sed videbantur monoeca. *Vaginula* oblonga. *Seta* fere uncialis, erecta, brunnea. *Theca* ovata, truncata, supra basin paullum coarctata, ore incrassato, erecta. Caetera deerant.

Tab. XCIX. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. caulis pars augm. III. Fig. 3. folia augm. IV. Fig. 4. theca augm. II.

HOOKERIA.

Peristomium simplex: *dentibus* sedecim parium tenuissimis torquendo mobilibus, tremulis.

Flores disciformes, terminales, polygami.

Habitus splachni *serrati.* *Caules* erecti, pone florem innovantes. *Folia* sparsa, lata, erectiuscula. *Seta* longa. *Apophysis* linearis. *Theca* recta, cylindrica. *Operculum* thecam aequans.

1. SPLACHNOIDES. Tab. C.

Hookeria *splachnoides.* Schleicher in litt.

Legit in Helvetia Schleicher, in Tyroli australi D. Lehmann, Hafniensis. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* uncialis, aut semuncialis, erectus, simplex, post florem innovans. *Folia* sparsa, oblonga, acuta, basi attenuata, serrata, paullum carinata, erectiuscula, suprema saepe stellata, pellucida, tenera, viridia: nervo crasso, versus apicem evanescente, subconcolori: areolis reticuli oblongis, contiguis, magnis. *Flores* hermaphroditi aut rarius monoeci, stellati, terminales, innovante caule laterales.

Folia perichaetii propria quatuor, ovato-acuminata, aut lanceolata, caulinis triplo minora, integerrima. *Antherae* in utroque flore copiosae, oblongae, turgidae, rufo-luteae. *Pistilla* fusco-rufa, duo vel unum in eodem flore fertilia. *Paraphyses* copiosae, genitalibus vix longiores, filiformes: articulis subrotundis, turgidis, luteo-pallidae. In *flore femineo* terminali sterili vidi *pistilla* unum, in alio fertili decem, absque *paraphysibus*. *Vaginula* oblonga, angusta, fusco-virens. *Seta* sesquiuncialis, erecta, siccitate valde tortilis, laevis, rufa. *Apophysis* cylindrica, seta non amplior, virens, vacua. *Theca* subcylindrica, erecta, luteo-brunnea, eiectis seminibus pallida et pellucida. *Columella* cylindrica, subvacua, virens, apice obtuso, fusco. *Semina* minuta, fusca. *Peristomii dentes* infra marginem thecae intus adnati, thecae longitudine, per paria dispositi, lineares, angustissimi, subtiliter transverse striati, ferruginei: madore contorti, et thecae margini appressi, siccitate erecti, diffusi, halitu observantis tacti singuli spiraliter sed laxe se contorquentes et rursus evolventes, semina dispergentes, continuo tremuli et mobiles, simili quodam motu ut fila, Equiseti germen cingentia. *Operculum* cylindrico-conicum, obtusum, thecae aequale, paullum incurvum, pallide brunneum.

Quam proposuit Smithius in Actis societatis Linnaeanae 9. p. 272. Hookeria in systemate Hedwigiano genus proprium esse nequit; libenter itaque Schleicherianum conservo in memoriam auctoris pulcherrimae monographiae Iungermanniae.

Tab. XCVII. fig. 1. plantae naturali magnitudine. Fig. 2. fo-

lia recentia, 3. vetustum augm. I. Fig. 4. apex folii augm. IV. Fig. 5. apex caulis cum flore augm. 0. Fig. 6. folium flori appositum augm. I. Fig. 7. folium perichaetii intimum, 8. genitalia et paraphyses augm. IV. Fig. 9. theca, 11. columella augm. I. Fig. 10. peristomium dimidium augm. IV.

TREMATODON

Richard.

Peristomium simplex: *dentibus* sedecim lineari-lanceolatis trabiculatis, lacunarum simplici serie pertusis.

Flores terminales.

Plantae exiguae. *Caules* subsimplices erecti, graciles. *Folia* angustissima. *Thecae* erectae.

Pertinet huc dicranum *ambiguum* et quaedam alia.

1. LONGIROSTRIS, subsimplex foliis lanceolato-linearibus subsecundis tortilibus, theca recta basi contracta, operculo convexo subulato longo.

In monte sulphurifero Guadelupae inter Weissiam *Richardi* lectam dedit clar. Richard. ♃.

Radix basilaris, capillacea. *Caulis* tres vel quatuor lineas longus, erectus, innovando subramosus. *Folia* densa, inferiora lanceolata, superiora lanceolato-linearia, integerrima; suprema rarius pilifera: pilo dentem unum alterumve magnum ad basin gerente subfalcata, siccitate tortilia, tenacia, luteo-viridia, senio fusco-nigra: nervo crasso, ad apicem fere extimum

perdurante: areolis reticuli linearibus, seriatis, subtilibus. *Flores* dioeci: *masculos* non vidi: *feminei* terminales: *perichaetii* folia caulinis similia; *pistilla* pauca; *paraphyses* filiformes, tenuissimae, albidae. *Vaginula* subcylindrica. *Seta* unciam unam vel dimidiam longa, recta, siccitate parum tortilis. *Theca* cylindrico-ovata, aequalis, recta, basi angustata, laevis, e luteo brunnea. *Peristomii dentes* sedecim, lanceolato-lineares, trabiculati, inter trabes singulas medias lacuna seu fissura angusta pertusi, apice integri, aetate saepe bifidi, et cruribus inaequalibus terminati, ferrugineo-rufi. *Fimbria* tenuis, basi thecae concolor, caeterum albida. *Operculum* e convexo subulatum, thecae aequale, paulum incurvum, rufescens basi, caeterum lutescens. *Calyptra* subulata, angusta, lateraliter fissa, straminea.

Genera nova, nobis non visa.

DAWSONIA.

Peristomium penicillatum: *ciliis* numerosissimis, capillaribus, rectis, aequalibus, e capsulae parietibus columellaque (!) ortis.

Theca hinc plana, inde convexa.

Calyptra exterior e villis implexis, interior apice scabra.

» Habitus Polytrichi. »

1. Dawsonia *polytrichoides.* R. Brown act. Soc. Linn. Lond. 10. p. 316. t. 23. f. 1.

LEPTOSTOMUM.

Peristomium simplex, membranaceum, annulare, planum, indivisum, e membrana interiori ortum.

Theca oblonga, laevis: operculo hemisphaerico mutico.

«Musci dense caespitosi. Caules erecti, annotino-ramosi. «*Folia* undique modice patentia, latiuscula, nervo valido, mar- «ginibus integris, revolutis, pilo terminata. *Seta* terminalis. «*Theca* erecta vel inclinans, basi in apophysin obconicam atte- «nuata, ore coarctato. *Calyptra* glabra, laevis, caduca.»

1. INCLINANS, foliis ovato-oblongis obtusis: pilo simplici, thecis inclinatis ovato-oblongis. Brown in act. soc. Linn. Lond. 10. p. 320. t. 23. f. 2.

Ad rupes et saxa montis Tabularis in insula Van Diemen.

2. ERECTUM, foliis oblongo-parabolicis obtusis; pilo simplici, thecis erectis oblongis. Brown. l. c.

Ad rupes prope fluviorum ripas Hawkesbury et Grose, in Nova Hollandia extra tropicos.

3. GRACILE, foliis ovato-oblongis acutiusculis; pilo simplici folii dimidium aequante, thecis oblongis aequilateris inclinatis. Brown. l. c. p. 521.

In umbrosis humidis Dusky Bay, Nova Seelandia.

4. MENZIESII, foliis oblongo-lanceolatis acutis: pilo simplici folio quater breviori, thecis oblongis inclinatis arcuato-recurvis. Brown. l. c.

In Americae australis Staatenland.

* * *

Appendix ad Weissiam *compactam* in Supplem. primo p. 74,

15. COMPACTA.

Grimmia *compăcta* Schleich. plant Helvet. exsicc.

Lecta in Helvetia a Schleichero. ♃.

Radix fibrosa, in caulem alte ascendens. *Caules* dense compacti, ut vix integri explicari queant, lineas quatuor alti, ramosi, fastigiati. *Folia* densa, erecta, lanceolato-acuminata, apice tamen obtuso, integerrima, siccitate tortilia: nervo valido, ad apicem usque perdurante: reticuli areolis parallelogrammis contiguis, ut in multis Grimmiis, inferiora e fusco, superiora e flavescente viridia. *Flores* monoeci terminales: *masculi* gemmiformes: *folia perichaetii* sex, ex ovato breviter acuminata, saepe obtusiuscula, duplo minora quam folia caulina, mollia et tenuiora. *Antherae* sex vel octo. *Paraphyses* copiosae, antheras superantes, filiformes, quarum articuli inferio-

res duplo breviores quam superiores et globoso ovatae, superiores cylindricae sunt. Totus *flos masculus* ratione plantae magnus et partibus suis largus. *Floris feminei folia perichaetii* tria aut quatuor caulinis similia, post florem oblongo-acuminata, obtusiuscula. *Pistilla* non ultra quinque reperi et paraphyses nullas. *Vaginula* oblonga, theca duplo brevior. *Seta* quatuor ad sex lineas alta, erecta, siccitate vix tortilis. *Theca* oblonga, recta, laevis. Peristomii, theca quadruplo minoris, dentes firmi, erecti, lanceolati, trabiculati, e rufo flavescentes. *Operculum* et *calyptram* non vidimus.

Toto habitu Grimmiam et inprimis *Sudeticam* simulat, sed ob folia tortilia, non pilosa satis distinguitur; a Weissiis aliquantum recedit, nisi *crispulae* aut *cirratae* varietates brevicaules respexeris. Flores, valde copiosos, semper vidi in apicibus ramorum.

INDEX NOMINUM.

Signum * plantam in speciebus muscorum nondum descriptam indicat.
Sign. † vel ⌈ plantam imperfecte cognitam vel non visam,
Literae obliquae genuinum nomen speciei; maiores, quas capitales vocant, genus genuinum;
Literae rectae synonymum;
Numeri maximi ad nomen appropinquati paginam Specierum muscorum;
Numeri maiores, ad marginem, Romanus; et unus vel duo Arabici, paginam Supplementi primi vel secundi;
Numeri minores, in loco intermedio positi, iconem significant et quidem anteposito *t.* tabulam Supplementorum, *sp.* tabulam Specierum muscorum, *st.* Stirpium cryptogamicarum, cuius *tomum* primus, *tabulam* secundus e minoribus numeris indicat.

Afzelia

cirrata Ehrh 69.
pusilla E. 64.

Andreaea

alpina 49. I. 42
Rothii * I 43
rupestris 47. sp. t. 7. I. 42
rupestris Roth. I. 43

Anodontium

repens Brid. est Gymnost. *prorepens.*

Anoectangium

aquaticum 41 st. 3. 11. I. 38
bulbosum Hdw. 43. sp. t. 6. I 37. II. 160
caespiticium * t. 12. I. 35
ciliatum 40. st. 1 40. I 35
cirrosum Hedw. 42. sp. t. 5. I. 38. II. 43
compactum * t. 11. I. 36
† integrifolium I. 38
Lapponicum 40 st. 3. 5. I. 36
† *nervosum* I. 38
planifolium Hg. 44. sp. t. 6. I. 38. II. 280
setosum 43. sp. t. 5. I 37
trichodes * t. 12. I. 39

Arrhenopterum

heterostichum 198. sp. t. 46. II. 140
turgidum Wahl. v. Mnium II. 123

Atrichum

Hercynicum Pal. II. 329
undulatum Pal. II. 330

Barbula

acuminata 117. sp. t. 25. I. 123
agraria 116. st. 3. 6. I. 119
† amoena Schum. I. 134
apiculata 117. sp. t. 26. I. 122
brevicaulis * t. 32. I. 126
caespitosa * t. 31. I. 120
† conica Brid 116.
convoluta 120. st. 1. 32. I. 127
curta 115. st 3. 31. I. 119
fallax 120. st. 1. 24. I. 127
gracilis * t. 34. I. 125
humilis 116 sp. t. 25. I. 121
† *incerta* Schum. I. 134
inclinata * t. 33. I. 131
lanceolata 119 sp t. 26. I 122
lanceolata Schum. I. 134
linearis * t. 30. I. 119
muralis 123. I. 132
obtusifolia * t. 31. I. 129
paludosa * t. 30. I. 124
revoluta * t. 32. I. 127
rigida 115. st. 1. 25. I. 118
ruralis Spec. musc. 121. I. 137
stricta 119. sp t. 26. I. 122
† *subulata* Brid. I. 135
tortuosa 124. t. 33. I 129
unguiculata 118. st. 1. 23. I. 123

Bartramia

arcuata * t. 62. II. 61
crispa * t. 59. II. 46
† *falcata* Hook. II. 64
fontana II. 61
gigantea * t. 63. II. 63
gigantea Bory. II. 55
gracilis Flörk II. 50
grandiflora * t. 58. II. 48
Halleriana 164. st. 2. 40. II. 64
Hercynica Fl. II. 47
ithyphylla * t. 60. II. 51
longiseta Brid. II. 50
longiseta Rich. II. 57
Marchica 196. st. t. 39. II. 59
† *Menziesii* Turn. I. 51
Muhlenbergii * t. 61. II. 59
Oederi * t. 59. II. 49
patens * t. 62. II. 55
pentasticha Brid. II. 64
pomiformis 164. t. 58. II 45
pomiformis Sw. II. 52
radicalis * t. 61. II. 56
reticulata Pal. II. 55
sphaericarpa st. 3. 28. II. 59
squarrosa Turn. II. 55
† *subintegrifolia* T. II. 51
stricta * t. 60. II. 53
uncinata * t. 57. II. 60

Bryum

acicularе L. 135. I. 157
acuminatum Sw. pr. 116. I. 123
aestivum L. 22. I. 30
albicans. Wahl. II. 92
albidum 50. I. 45
alpinum * t. 73. II. 98
alpinum Schl. Vill. II. 113
androgynum 178. II. 87
annotinum 183. sp. t. 43. II. 93
apiculatum * t. 72. II. 102
apocarpon *a* 76. I. 95
β 41. I. 35
argenteum 81. II. 88

Bryum

† *aristatum* Dicks. I. 134
atropurpureum Wahlb. II. 91
atrovirens Vill. II. 100
† *attenuatum* D. II. 120
aureum Schreb. 169. II. 66
† barbatum Dicks. I. 134
Billarderii * t. 76. II. 114
bimum II. 110
† *brevifolium* D. II. 133
boreale * t. 69. II. 96
† Brownianum D. I. 39
caespiticium 180. II. 109
calcareum Dicks. 66. I. 68
† *callistomum* D. I. 195
calycinum Sw. 70. sp. t. 14. I. 178
capillare 182. t. 74. II. 118
carneum 179. st. t. 20. II. 91
carneum *β.* Turn. II. 91
Celsii 149. I. 183
cervicinlatum L. 149. I. 193
ciliare D. I. 59
cirratum L. 70. I. 74
compactum D. II. 101
conoideum D. II. 87
contortum Wulf. 62. I. 59
coronatum * t. 71. II. 103
† crispatum D. est Weifs. *striata.*
crispum Schreb. 144. I. 179
crudum Roth. 110. II. 127
† *cubitale* D. II. 111
cucullatum * t. 68. II. 94
† *cuneifolium* D. I. 131
curvirostrum Roth. Weifs. *recurv.*
cuspidatum 193 II. 134
cylindricum D. Web. *longicoll.*
dealbatum D. 174. II. 83
delicatulum Hg. 182. II. 91
dendroides Sw. II. 205
dendroides Web. est Mnium *und.*
dichotomum 183. sp. t. 42. II. 89
Duvalii Voit. II. 126
elatum Schl. II. 111

Bryum
elongatum D. 171. II. 70
ericetorum D. I. 24
erythrocarpon * t. 70. II. 100
extinctorium α 60. I. 56
β 61. I. 59
fasciculare D. 38. I. 71
flavescens D. I. 195
flexifolium D. I. 160
flexuosum L. 146. I. 189
fontanum Huds. 196. II. 61
† Forsteri I. 78
fragile D. 147. I. 189
† fulvellum D. I. 195
Funkii * t. 69. II. 89
geniculatum Vill. II. 110
glaucum 136. I. 187
Griffithianum D. I. 51
heteromallum 128. I. 173
† *heterophyllum* Hook. II. 120
hornum 189. II. 128
† *hyperboreum* D. I. 195
hypnoides α 110. I. 147
β 110. I. 155
γ I. 147
δ 112. I. 151
imberbe L. 120. I. 134
immersum D. I. 77
† *inclinans* D. II. 120
incurvum Huds. II. 329
† interruptum D. II. 102
iulaceum Funk. II. 89
iulaceum Schrad. II. 88
lanceolatum D. 63. I. 61
laterale Huds. 164. II. 64
ligulatum Schr. 195. II. 135
lineare D. 151. I. 151
† *linoides* D. 114 l. 141. 161
longicollum Sw. 169. II. 67
longifolium D. 130. I. 176
longisetum * t. 74. II. 105
Ludwigii * t. 68. II. 95
luteolum Hoffm. Weifs. *controversa.*

Bryum
macrocarpon 178. st. 3. 10. II. 121
Marchicum Roth. 196. II. 59
marginatum D. II. 129
megalacrion * t. 71. II. 104
murale L. 124. I. 132
† *nigricans* D. II. 102
nitens Sw. II. 92
† nudum D. I. 66
nutans Roth 168. II. 67
† obtusifolium Turn. II. 95
obtusum D. 34. I. 20
Oederi Retz. II. 50
pallescens * t. 75. II. 107
pallens * t. 72. II. 111
pallidum Schreb. 108. I. 139
paludosum L. Weissia *pusilla.*
palustre D. est dicran. *squarros.*
palustre Sw. II. 112
† papillosum D. I. 115
parasiticum Sw. I. 60
parvulum Ehrh. I. 139
patens D. I. 152
paucifolium D. I. 142
pellucidum L. 142. I. 181
pendulum Ehrh. 169. II. 66
piliferum D. I. 146
platyloma * t. 76. II. 116
polyphyllum D. 159. I. 154
pomiforme L. 165. II. 45
proliferum v. mnium *roseum.*
pseudotriquetrum 190. st. 3. 7. II. 110
pulchellum 180. st. 3. 38. II. 90
pulvinatum L. 158. I. 189
punctatum v. mnium *punctat.*
purpureum v. dicran. *purpur.*
pyriforme L. 34. I. 24
recurvum Iacq. 164. II. 64
reticulatum D. v. splachn. *Frölich.*
rigidum Huds. 115. I. 118
Bryum roseum Schreb. 194. II. 135
rostratum Sw. II. 136
rubellum Hoffm. v. Weifsia *recurvir.*

Bryum

rufescens D. 133. I. 174
rugosum Hoffm. I. 165
rurale L. 121. I. 137
schisti Oed. I. 73
Schleicheri * t. 73. II. 113
scoparium L. 126. I. 162
sericeum Huds. v. Webera *nutans.*
serpyllifolium Sw. v. Mnium *serpyll.*
serratum Roth. v. Mnium *serratum.*
setaceum Iacq. 75. I. 83
simplex L. 133. I. 174
spinosum Voit II. 130
splachnoides D. v. Weisia *acuta.*
squalidum Vill. II. 118
† *squarrosum* sp. t. 44. II. 120
stellare R. II. 128
stellatum D. I. 133
stellatum Schreb. 113. I. 118
* stelligerum D. I. 32
striatum α L. 163. II. 29
β 162. II. 37
δ II. 23
strictum Hoffm. est dicran. *purpur.*
strictum Sw. I. 161
subulatum L. 122. I. 135
tenellum Hedw. II. 91
tenue D. est dicran. *purpur.*
tetragonum D. I. 79
tortuosum L. 124. I. 129
trichodes L. 174. II. 82
trifarium D. 57. I. 114
truncatulum L. 30. I. 19
turbinatum 191. st. 3. 8. II. 104
turbinatum Schl. II. 104
turbinatum Sw. II. 97
uncinatum D. I. 195
undulatum Hoffm. 98. II. 330
undulatum R. II. 135
unguiculatum L. 118. I. 133
vaginale D. est dicran. *crispum.*
Varneum Bland. II. 104
ventricosum D. II. 110

Bryum

verticillatum L. I. 71
virens D. 142. I. 194
† *viridissimum* D. I. 195
viridulum L. 68. II. 4
Wahlenbergii * t. 70. II. 92
Zierii 182. sp. t. 44. II. 89

Buxbaumia

aphylla 166. II. 65
foliosa 166. II. 65
sessilis 166. II. 65

Calympores

Lonchophyllum * t. 98. II. 333
Palisoti * t. 98. II. 334

Catharinea

callibryon Ehrh. II. 330
Hercynica 94. II. 329
undulata est polytrichum *undulatum.*

Cecalypha Pal.

v. inter dicrana.

Cicclidotus Pal.

vide trichost. *fontinaloid.*

Cinclidium

stygium * t. 67. II. 85

Climacium

Americanum * II. 143
dendroides t. 81. II. 141

Conostomum

australe * I. 81
boreale * t. 21. I. 79

Cryphium

vaginans Pal. II. 334

Cynodontium

capillaceum 57. st. 2. 26. I. 114
cernuum 58. sp. t. 9. I. 110
flexicaule * t. 29. I. 113
inclinatum 58. st. 2. 27. I. 111
latifolium * t. 28. I. 110
longirostre * t. 29. I. 111
trifarium 57. st. 2. 28. I. 114

Dawsonia

polytrichoides H. II. 345

Dicranum

aciculare 135. I. 157
adianthoides Sw. 157. II. 10
affine Funk. I. 167
† *albidum* Brid. I. 196
ambiguum 150. st. 3. 36. I. 194
aquaticum Ehrh. 142. I. 196
† *arcuatum* Brid. I. 196
arcuatum Schl. I. 152
asplenioides v. fissidens *asplenioides.*
Bergeri Bland. I. 167
bipartitum est *purpureum.*
Billarderii Brid. I. 196
bryoides Sm. Sw. (bis) II. 7
caducum Sm. est *interruptum.*
† *callistomum* Sm. I. 195
calycinum sp. t. 14. I. 178
† *candidum* Brid. I. 195
Celsii 149. sp. t. 33. I. 183
cerviculatum 149. st. 3. 37. I. 193
cirratum Roth. est Weisia *cirrata.*
condensatum 139. sp. t. 34. 171
congestum * t. 42. I. 168
crispum 132. st. 2. 33. I. 179
curvatum 132. sp. t. 31. I. 173
curvifolium Schl. I. 191
cygneum 148. sp. t. 37. I. 174
cylindricum Sm. I. 142
† *cylindraceum* Pal. I. 195
† *Duvalii* Sm. I. 196
densum Schl. I. 171
denudatum Brid. I. 112
dichotomum Pal. I. 196
dichotomum Pal. (Cecal.) I. 196
durum An. de Cienc. est Grimm. ovata.
elegans Hedw. ms. est *montanum.*
elliptieum * t. 47. I. 184
elongatum * t. 43. I. 171
exiguum Schl. est *strumif.* W. M.
Fagimontanum Brid. I. 169
falcatum 150. sp. t. 32. I. 190
fasciatum 127. sp. t. 28. I. 175

Dicranum

flagellare 130. st. 3. 1. I. 176
† *flavescens* Sm. I. 195
flavidum * t. 45. I. 192
flexuosum 145. sp. t. 38. I. 189
flexuosum γ. piliferum Sm. I. 18
† fulvellum Sm. I. 195
fuscescens Turn. I. 168
† *gibbosum* Brid. I. 196
giganteum Brid. I. 145. II. 64
glaucum 135. t. 48. I. 187
gracilescens * t. 46. I. 180
† *Guadelupense* Brid. I. 196
heteromallum 128. st. 1. 26. I. 173
Hostianum * t. 44. I. 177
† *hyperboreum* Sm. I. 195
incurvum W. M. est fissidens *inc.*
intermedium 138. sp. t. 31. I. 183
intermedium Crome I. 167
interruptum 120. sp. t. 29. I. 172
introflexum 147. sp. t. 29. I. 190
lanceolatum Schl. est *latifolium.*
latifolium H. 140. I. 195
† *longicolle* (Trematod.) I. 196
longifolium 130. st. 3. 9. I. 176
longifolium D. I. 190
longirostre * t. 44. I. 170
† *longirostratum* Pal. I. 195
lycopodioides * t. 40. I. 185
maius * t. 40. I. 163
microcarpon v. trichost. *micr.*
montanum 143. sp. t. 35. I. 178
nervifolium lege curvifol. I. 191
orthocarpon 131. sp. t. 30. I. 176
ovale 140. st. 3. 34. I. 189
pallidum. Sm. v. trichost. *pall.*
palmatum v. fissidens *palm.*
palustre Brid. est *purpureum.*
patens D. I. 152
pellucidum 142. t. 48. I. 181
† *perichaetiale* Pal. I. 195
polycarpon 159. st. 2. 31. I. 179

DICRANUM

polyphyllum Sm. I. 154
polysetum t. 41. I. 145
polysetum Brid. I. 163
pulvinatum 158. sp. t. 40. I. 189
purpurascens 137. sp. t. 35. I. 184
purpureum 136. sp. t. 36. I. 183
pusillum 139. st. 3. 29. I. 193
recurvatum Schlz. est *scoparium.*
rigidulum 134. sp. t. 32. I. 174
† *Rogeri* Brid. I. 195
rufescens Sm. I. 174
rugosum Brid. I. 185
† *rupestre* W. M. I. 196
† *saxicola* Brid. I. 196
Schraderi * t. 41. I. 166
Schreberianum 144. sp. t. 33. I. 179
sciuroides 161. II. 1
scoparium 126. t. 42. I. 162
† *Scottianum* Sm. I. 195
secundum Sw. est *subulatum.*
simplex 133. I. 174
spurium 141. st. 2. 30. I. 178
squarrosum * t. 47. I. 182
Starkii * t. 46. I. 191
† *striatum* Pal. I. 195
strictum * t. 43. I. 188
strictum, Hoffm. est *purpureum.*
strumiferum 160. I. 194
subulatum 128. sp. t. 34. I. 173
Sudeticum * t. 45. I. 175
tamarindifolium Sm. II. 5
taxifolium Sw. 155. II. 10
tortile W. M. I. 139
† *uncinatum* Sm. I. 195
undulatum Schrad. I. 167
undulatum Sm. I. 165
varium 133. st. 2. 34. I. 174
virens 142. st. 3. 32. I. 194
† viridissimum Sw. I. 195
viridulum Sw. II. 4
xanthodon 145. sp. t. 30. I. 178

DIDYMODON

capillaceus 57. I. 114
flexicaulis I. 113
glaucescens Wm. est trichost. *glauc.*
homomallus 105. sp. t. 23. I. 116
inclinatus v. Cynodont. *incl.*
latifolius I. 110
longirostris W. M. I. 111
pusillus 104. st. 1. 28. I. 116
rigidulus 104. st. 3. 4. I. 116
trifarius 57. I. 114

Diphyscium

foliosum W. M. II. 65

Diplocomium

longisetum W. M. II. 83

ENCALYPTA

affinis * t. 16. I. 58
ciliata 61. st. 1. 19. I. 59
crispata 61, sp. t. 10. I. 60
† *Daviesii* Sm. I. 62
grandis Sw. I. 59
lanceolata 63. st. 2. 23. I. 61
parasitica * t. 17. I. 60
rhaptocarpa * t. 16. I. 56
† *squarrosa* Brid. I. 62
streptocarpa 62. I. 59
vulgaris 60. st. 1. 18. I. 56

FABRONIA

octoblepharis * t. 99. II. 338
Persoöni * t. 99. II. 339
pusilla * t. 99. II. 338

FISSIDENS

acacioides Brid. II. 7
adianthoides 157. st. 3. 25. II. 10
asplenioides 156. st. 3. 28. II. 8
asplenioides D. II. 8
bryoides 153. st. 3. 29. II. 7
bryoides Sw. II. 7
elegans * II. 7
exilis 152. sp. t. 38. II. 4
falcifolius * II. 9

Fissidens

grandifrons * II. 11
incurvus * t. 49. II. 5
osmundioides 153. sp. t. 40. II. 7
Novae Hollandiae Brid. II. 60
palmatus 154. st. 3. 30. II. 6
polycarpus 159. I. 179
polypodioides 154. st. 3. 27. II. 8
pulvinatus 158. I. 189
sciuroides 161. II. 1
sciur. vaginat. Mich. II. 3
semicompletus 160. st. 5. 13. II. 12
serrulatus Brid. II 9
strumiler 160. I. 194
subbasilaris 155. sp. t. 39. II. 10
taxifolius 153. sp. t. 39. II. 10

Fontinalis

alpina D. est trichost. *fontinal.*
antipyretica 298. II. 307
capillacea * II. 307
crispa Sw. prodr. 201. II. 145
disticha Sw. 201. II. 145
falcata 299. st. 3. 24. II. 308
filicina Sw. p. 204. II. 147
filiformis Sw. p. 203. II. 146
hypnoides Sw. p 206. II. 146
minor est trichost. *fontinal.*
pennata Huds. 205. II. 147
pennata L. 200. II. 144
squamosa 299. st. 3. 12. II. 307

Funaria

calcarea Wahl. II. 78
calvescens * t. 65. II. 77
dentata Crom. II 78
flavicans * t. 65. II. 75
Fontanesii * t. 66. II. 80
hygrometrica II 75
Mühlenbergii * t. 55. II. 78

Georgia

Mnemosyne Ehrh. est Tetraphis *pellue.*

Grimmia

aciphylla W. M. I. 68
acuta Sw. 71. I. 69
alpestris Schl. I. 87
alpicola 77. sp. t. 15. I. 95
apocarpa 76. st. 1. 39. I. 95
arborea Schrank fl. ê Neck. *heteromalla.*
Bohemica Schk. I. 89
calcarea W. M. 66. I. 68
canescens Schl. I. 85
catenulata W. M. I. 158. II. 219
† *cirrata* Sm. I. 78
compacta Schl. I. 74
conostoma Sm. I. 79
controversa W. M. 67. I. 77
cribrosa 76. st. 3. 31. I. 94
crinita * t. 26. I. 92
crispa Roth 67. I. 77
crispula Sm. est Weissia *crispula.*
† *cylindracea* W. M. I. 109
curvirostris Schrad. ê Weifs. *recurv.*
Dicksoni Sm. I. 75
Donniana Sm. I. 87
filiformis W. M. est pterog. *filif.*
Forsteri Sm. I. 78
fragilis W. M. I. 71
geniculata * t. 22. I. 82
gracilis * t. 23. I. 98
heteromalla Sm. v. Weifsia *heterom.*
homomalla Sm. I. 116
incurva * t. 97. I. 90
lanceolata Sw. 63. I. 61
latifolia W. M. I. 64
maritima * t. 22. I. 95
nigrita Sw. 72. I. 74
† nuda Sm. (bryum D.) I. 65
obtusa * t. 25. I. 88
ornithopod. W. M. est pterog. *gracile.*
ovata * t. 24. I. 85
parasitica Voit I. 83
Pensilvanica * t. 25. I. 91
plagiopus 78. sp. t. 15. I. 95
pusilla Sm. v. Weissia *pusilla.*
recurvata 75. st. 1. 38. I. 83
rivularis * t. 23. I. 96

Grimmia

rupicola W. M. I. 69
schisti Sm. I. 72
Schleicheri Spr. est *apocarpa.*
Seligeri W M. I 68
Starkeana W. M. 65. I. 68
striata Schrad. 61. I 77
† striata Sm. I. 76
† stricta Turn. I. 98
Sudetica * t. 24. I. 67
trifaria W. M. I 84
tristicha * t. 26. I. 84
verticillata Sm. I. 71

Gymnocephalus

androgynus 178. II. 87
conoides * II. 87

Gymnostomum

acaule W. M. I. 27
aeruginosum Schk. I. 31
† *aeruginosum* Sm. I. 32
aestivum 32. sp. II. I. 30
aestivum Schl. I. 36
aestivum Sm. I 32
aquaticum v. Anoectang. *aquat.*
caespiticium W. M. I 35
compactum Schl. I 36
condensum Voit I 29
conicum * t. 9. I. 26
curvirostre 33. st. 2. 24. I. 32
† *dilatatum* Pal. I. 32
fasciculare 38. sp. 4. I. 24
dubium Brid. 34. I. 21
† Griffithianum I. 51
Hedwigia v. Anoect. *ciliat.*
Hornii 32. st. 1. 30. I. 21
Iaponicum 34. sp. 1. I 25
intermedium * t. 7. I. 19
Lapponicum Sw. 40. I. 36
† luteolum Sm. I. 30
microstomum 33. st. 3. 30. I. 28
microstomum Schl. I 29
minutulum * t. 9. I. 25
obtusum 34. sp. t. 2. I. 20

Gymnostomum

osmundaceum Hoffm. 31. I. 19
ovatum 31. st. 1. 6. I. 27
pennatum 31. st. 1. 29. I. 19
prorepens 35. sp. t. 3. I. 32
pulvinatum 36. sp. t. 3. I. 28
pulvinat. Anal. de Cienc. I. 32
pyriforme 38. I 24
riparium Host. I. 150
Rottleri * sp. t. 3. I 24
rufescens Schlz est *truncatum.*
rupestre * t. 11. I. 31
rutilans 37. sp. t. 3. I. 29
sphaericum * t. 8. I 21
† *splachnoideum* Pal. I 32
† stelligerum D. I. 32
subsessile * t. 7. I 27
tenue 37. sp t. 4. I. 27
tetragonum * t. 8. I 22
tortile * t. 10. I. 29
trichodes W. M. I 33
truncatum 30. st. 1. 5. I. 19
† *turbinatum* Mich. I. 32

Hedwigia

aquatica 41. I. 38
ciliata 41. I 38
† integrifolia Pal. I. 38
Lapponica 40. I 36
nervosa Pal. I. 38

Hookeria

splachnoides * t. 100. II 340
pennata Sm. II. 160
† *quadrifuari* Sm. II. 160

Hypnum

abbreviatum 249. sp. t. 65. II. 198
abietinum 346. st. 4. 32. II. 232
acacioides L. II 7
aciculare * t. 92. II. 280
adianthoides 157. II. 10
adnatum 248. sp. t. 64. II 2 5
adnatum Bertol. II 3 6
adnatum Sm. II. 306

HYPNUM

aduncum 295. st. 4. 24. II. 299
affine Crom. II. 233
affine Hoffm. II. 237
albicans 251. st. 4. 5. II. 214
albidum Sw. 218. II. 208
Algirianum * II. 242
alopecurum 267. II. 265
alpestre 247. sp. t. 64. II. 220
† *alpinum* Sm. II. 306
† *alternans* Brid. II. 306
ambiguum Schrad. II. 299
amoenum 292. sp. t. 27. II. 292
† *appressum* Brid. II. 215
aquaticum Iacq. 42. I. 38
Arbuscula Brid. est *alopecur.*
arcuatum 245. sp. t. 62. II. 208
asplenioides D. II. 7
asplenioides L. 257. II. 8
asperulum Brid. II. 245
asprellum * II. 246
Atlanticum Brid. II. 196
atrovirens D. II. (173) 277
attenuatum Schr. 230. II. (227) 172
Auberti * t. 88. II. 200
aureum Lam. II. 180
bicolor Turn. est *cordifolium.*
bifidum Brid. II. 208
Blandowii * II. 233
boreale W. M. II. 107
Boryanum * II. 207
Boscii * sp. t. 66. II. 223
brevifolium Schl. est *Halleri.*
brevirostre * II. 279
† *Buchanani* Hook. II. 255
bryoides 153. II. 7
caespitosum Sw. 233. II. 166
canescens hirsut. Weifs. 110.
canescens pilosum ej. 111.
capillaceum * II. 250
capillare Sw. pr. II. 177
† *carinatum* Brid. II. 306

HYPNUM

catenulatum * II. 218
caturum Pal. II. 170
chryseon II. 179
chrysocomum D. II. 62
chrysophyllum * II. 275
chrysostomum * II. 276
circinatum Brid. II. 272
cirrosum * II. 214
cirrosum Sw. pr. 38. II. 43
† *clavellatum* 250. sp. t. 73.
† *clavellatum* Huds. II. 299
clavellatum L. I. 32
cochlearifolium * t. 88. II. 221
commutatum 284. st. 4. 26. II. 297
comosum * t. 91. II. 265
complanatum 231. II. 163
compressum D. II. 291
compressum Schreb. II. 227
confertum * t. 90. II. 306. 199
confertum L. B. II. 198
congestum Sw. 283. sp. t. 74. II. 180
contextum 278. sp. t. 73. II. 260
cordifolium 254. st. 4. 37. II. 229
crassiusculum * t. 91. II. 271
crassum Schum. II. 293
crassum La Tour. II. 225
† *crenulatum* Sm. II. 306
† *crispatulum* Hook. II. 302
crispum 206. II. 147
Crista castrensis 287. sp. t. 76. II. 293
cucullifolium Pal. II. 281
cupressiforme 291. st. 4. 23. II. 290
Curlandicum Brid. II. 227
curtipendulum 209. II. 151
curvatum 266. st. 4. 8. II. 267
curvifolium 285. sp. t. 75. II. 291
curvisetum Brid. II. 239
cuspidatum 284. II. 228
† *cylindricum* Sm. II. 305
cyparioides Brid. II. 295
debile Brid. II. 256

HYPNUM

decipiens Hoffm. est *cupressif.*
delicatulum 260. st. 4. 33. II. 236
dendroides L. 228. II. 141
densifolium Brid. II. 281
densum 282. sp. t. 74. II. 278
denticulatum 237. st. 4. 31. II. 187
depressum Sw. 215. II. 166
desmiphorum Pal. II. 170
diaphanum 243. sp. t. 61. II. 198
diastrophyllum Sw. II. 298
diffusum Brid. II. 297
dimorphum Brid. II. 284
† *distans* Brid. * II. 249
distichum * t. 87. II. 184
diversifol. Schl. est *Halleri.* II. 284
† *Donnianum* Sm. II. 316
dubium Sw. II. 297
duplicatum * II. 148
† *elasticum* Brid. II. 305
elegans Ehrh. est *purum.*
exiguum Bland. II. 243
extricatum Hoffm. 287. II. 297
falcatum * II. 204
fallax Brid. II. 263
fasciculatum 245. sp. t. 62. II. 203
fasciculatum Lam. II. 237
† *filamentosum* Sm. II. 227
filescens Brid. II. 277
filicifolium L. 229. II. 178
filiciforme Huds. II. 178
filicinum 286. sp. t. 76. II. 297
† *filiforme* Lam. II. 306
filiformie L. 81. I. 100
fissideutoides Brid. II. 160
flaccidum Schl. II. 297
† *flagellare* Hg. 282. sp. t. 73. II. 306
† *flagellare* D. II. 306
flagelliforme Pal. II. 264
flavens Mich. II. 170
flavescens Roth. II. 214
flavescens Schl. II. 299

HYPNUM

flexile Brid. II. 228
flexile Sw. 234. II. 168
fluitans 296. st. 4. 36. II. 304
fluviatile 277 sp. t. 7. II. 263
fontanum Schl. II. 222
fontium Brid. II. 196
fragile * II. 285
† *frondiferum* Brid. II. 306
† *fueiforme* Brid. II. 306
furcatum Brid. II. 227
fulgens Sw. pr. 83. II. 108
fuscum Schl. II. 293
glabellum Sw. 235. II. 145
glareosum Schl. II. 297
gnaphalium Pal. II. 62
gracile 80. I. 105
gracilescens Brid. II. 297
graminicolor * II. 253
gratum * II. 234
Halleri 279. st. 4. 21. II. 283
Halleri Tim. II. 293
heterophyllum Hoffm. 294.
hexastichum * II. 210
hians 272. sp. t. 70. II. 277
hispidulum Brid. II. 274
homomallum Bertol. II. 291
humile Pal. II. 255
illecebrum 252. II. 225. 223
illecebrum L. fl. Lap. II. 140
imbricatum * II. 209
implexum Brid. II. 173
implexum Sw. II. 238
imponens 290. sp. t. 77. II. 291
incurvatum * t. 94. II. 285
inflectens * II. 219
inordinatum * II. 257
intermedium W. M. II. 67
interruptum Brid. II. 279. 306
intortum * t. 92. II. 270
intricatum 272. st. 4. 28. II. (306) 253
inundatum Brid. II. 196

Hypnum

inundatum D. II. 172
iulaceum * t. 89. II. 216
iulaceum L. 81. I. 109
† *laetevirens* Sm. II. 306
lacustre W. M. II. 124
laxifolium Brid. II. 187
† *laxum* Pal. II. 264
leptochaeton * II. 296
leptorhynchum * t. 93. II. 205
Leskioides Brid. II. 285
livens * II. 211
† *longiflorum* Brid. II. 306
longifolium Brid. II. 194
longirostre Ehrh. II. 238
longisetum Schl. II. 299
loreum 294. II. 293
lucens L. 243. II. 164
Ludwigianum Brid. II. 306
luridum Hg. 291. II. 292
lutescens 274. st. 4. 16. II. 237
lycopodioides * II. 30
lycopodioides Menz. II. 281
† *Magellanicum* Brid. II. 306
medium Sm. II. 306
† *Megapolitanum* * II. 241
microcarpon 294. sp. t. 59. II. 197
microphyllum 269. sp. t. 69. II. 262
minutulum 260. st. 4. 34. II. 234
† *molendinar* de l'Arbr. II. 306
molle 273. sp. t. 70. II. 220
molluscum 289. st. 4. 28. II. 293
moniliforme Wahl. II. 216
Morense Schl. II. 2
mucronulatum Pal. II. 183
multiflorum * II. 220
murale 240. st. 4. 30. II. 198
mutabile Brid. est pterog. *striat.*
muticum Sw. est *Schreberi.*
myosuroides * II. 267
myosuroides Hg. 266. II. 267
myosurum Schrad. II. 267

Hypnum

myurum Brid. II. 267
neglectum * II. 231
nigrescens 250. sp. t. 65. II. 108
nigricans A. Vill est anoect. *aquat.*
nigricans B. Vill. est trichost. *font.*
nigro-viride Turn. II. 291
nigrum Banks. II. 281
nitens 255. II. 228
nitens L. iun. II. 179
nudicaule * II. 223
obscurum Brid. II. 195
oligophyllum Brid. II. 194
orthocladon * II. 262
orthorhynchum Brid. II. 278
oxycladon * II. 250
pachypoma * II. 259
pallens W. M. II. 110
pallidum est *riparium.*
Paludella W. M. est bryum *squarr.*
palmatum Sw. 154. II. 6
palustre 292. st. 4. 38. II. 306. 292
parietinum L. sp. pl. 261. sp. t. 67. II. 238
parietin Syst. L. v. 261. sp. t. 67. II. 256
patulum 279. sp. t. 73. II. 281
pendulum Schl. est *filicinum.*
penicilliforme Schl. Leucod. *Morensis?*
pennatum D. 205. II. 144
† pennaeforme Thunb. II. 306
penniforme Brid. est *Megapolit.*
pentastichum Brid. II. 209
phyllorhizans Pal. II. 279
piliferum 275. st. 4. 14. II. 269
plicatum II. 381
plumosum II. 244
plumosum H. 257. II. 237
plumosum Sw. Turn. II. 238
polyanthos Schr. 229. II. 178
polycarpon Ehrh. 229. II. 171
polymorphum 259. sp. t. 66. II. 274
polypodioides 155. II. 8
polyrhizon * II. 247

HYPNUM

polytrichoides 244. sp. t. 61. II. 154
populeum 270. sp. t. 70. II. 238
praecox 249. sp. t. 64. II. 216
praelongum 258. st. 4. 29. II. 306. 277
proliferum L. sp. pl. 261. sp. .. 67. II. 237
prolifer. L. syst. veg. 262. sp. t. 67. II. 238
prolixum D. 242. II. 196
protensum Brid. II. 274
protensum Mich. II. 237
pseudoplumosum Brid. II. 244
pulchellum 220. sp. t. 68. II. 284
pulchellum H. 265. sp. t. 57. II. 268
pungens 237. sp. t. 60. II. 166
purpurascens * II. 229
purum 253. sp. t. 66. II. 226
quadrangulare * II. 211
radiatum * II. 202
radicale * t. 90. II. 255
† *ramosissimum* Brid. II. 306
recognitum H. 261. st. 4. 35. II. 238
recurvans * II. 289
reflexum * II. 269
reptans 265. sp. 4. 68. II. 270
reptile * II. 286
revolvens * t. 95. II. 299
Richardi * t. 93. II. 204
riparioides 242. st. 4. 4. II. 195
riparium 241. st. 4. 3. II. 194
ruderale Brid. II. 227
rufescens D. II. 178
rugosum 293. II. 301
rugosum D. II. 300
rugulosum W. M. est *rugosum*.
rupestre Schl. II. 220
rusciformium Hoffm. II. 195
rusciforme Brid. II. 195
rutabulum 276. st. 4. 12. II. 306. 248
† sabinaefolium Brid. II. 306
Saladinianum 82.

HYPNUM

salebrosum 257. st. 4. 15. II. 237
salebr. capillaceum W. M. II. 250
† *sarmentosum* Wahl. II. 306
† *scaturiginum* * II. 197
Schleicheri * II. 239
Schreberi * II. 227
Schulzii Bland. est *riparium*.
sciuroides L. 161. II. 1
scitum Pal. II. 232
scoparium Brid. II. 204
scorpioides 295. t. 95. II. 293
Seligeri Brid. II. 263
sericeum L. 268. II. 178
serpens 268. st. 4. 18. II. 260
serratum * II. 206
serrulatum 238. sp. t. 60. II. 294
serrulatum Turn. II. 199
Silesianum * t. 94. II. 287
silvaticum * t. 89. II. 186
simplex Brid. sp. t. 69. II. 203
Sipho * II. 187
Smithii D. 264. sp. t. 68. I. 107
† *solitarium* Brid. II. 208
speciosum Brid. II. 196
spiniforme 236. st. 3. 25. II 184
spinulosum H. 269. sp. t. 69. II. 260
splachnifolium * II. 193
splendens 262. sp. t. 67. II. 237
squarrosulum Brid. II. 275
squarrosulum Voit. II. 283
squarrosum II. 282
Starkii * II. 251
stellatum 280. II. 274
stellatum Web. 282.
† *Stokesii* Turn. II. 306
stoloniferum Pal. II. 172
stramineum * t. 89. II. 212
striatum 275. st. 4. 13. II. 238
strigosum * 265. sp. t. 68. I. 268
struthiopteris * II. 281
subsimplex 270. sp. t. 69. II. 203

Hypnum
subsphaericarpon * II. 299
† *subtile* Brid. II. 306
subtile Sm. II. 176
Swartzii Turn. est *praelong.*
Swartzii Brid. II. 244
silvaticum * II. 186
tamarisci 212. II. 182
tamariscinum 261. sp. t. 67. II. 238
taxifolium 156. sp. t. 39. II. 10
† Teesdalii II. 306
tenax 277. sp. t. 72. II. 262
tenellum 269. II. 243
tenerum * II. 280
tenue Schrad. II. 260
tenuifolium 283. sp. t. 75. II. 302
Ternstroemiae Brid. II. 224
tetragonum 246. sp. t. 63. II. 208
† Thomasii Brid. II. 306
† Thunbergii Brid. II. 306
Thuringicum Brid. 265. sp. t. 68. II. 268
Timmii Schultz v. *molluscum.*
tomentosum 240. st. 4. 19. II. 183
torquatum 246. sp. t. 63. II. 39
Touretii Brid. II. 225
toxarion * II. 283
trichodes Brid. II. 297
trichomanoides 232. II. 163
trichophyllum 274. sp. t. 71. II. 150
trichopodium Schulz. II. 194
trifarium W. M. t. 89. II. 212
triquetrum 256. II. 280
tumidiusculum Lam. II. 267
uliginosum Schl. II 212
umbratum 263. sp. t. 67. II. 234
uncinatum 289. st. 4. 25. II. 204
undulatum 242. II. 197
Vaillantii Br. II. 225
Vallis clausae Brid. II. 263
velutinoides Voit II. 268
velutinum 272. st. 4. 27. II. 253
vesiculosum Brid. II. 208

Hypnum
viride Decand. II. 253
viridulum * II. 227
viticulosum 209. II. 149
viviparum Neck. est *curvat.*
Wahlenbergii W. M. II. 92
xerampelinum Vill. 296. II. 299

Iungermania
alpina 49. I. 42
rupestris 47. I. 42

Koelreutera
vide Funaria.

Lasia Pal.
v. pterogonia calyptra pilosa.

Leersia
ciliata 61. I. 59
fimbriata Brid. 61. I. 59
lanceolata 63. I. 61
vulgaris 60. I. 56

Leptodon W. M.
v. pterogonia calyptra pilosa.

Leptostomum
† *erectum* Brown. II 346
† *gracile* Brown. II. 347
† *inclinans* Br. II. 346
† *Menziesii* II. 347

Leskea
acuminata 224. sp. t. 56. II. 169
adnata * t. 84. II 167
albicans 218. sp. t. 54. II. 208. 162
† *Arbuscula* Brid. II. 169
arcuata Brid. II. 289
attenuata 230. st. 1. 72. II. 227. 172
brachyclados II. 173
bulbifera Brid. II. 181
caespitosa 233. sp. t. 49. II. 166
capillaris 220. sp. 4. 10. II. 174
capillaris Wahl. II. 177
complanata 231. II 163
compressa 232. sp. t. 56. II. 166
congesta 283. sp. t. 74. II. 180
constricta * II. 173

Leskea

cristata 211. sp. t. 49. II. 159
† cylindrica Brid. II. 305
dendroides 228. II. 141
depressa 215. sp. t. 53. II. 166
elongata W. M. II. 70
exilis * t. 85. II. 174
fasciculosa 217. sp. t. 54. II. 170
filiculaeformis 212. sp. t. 50. II. 159
† *flabellata* II. 164
flexilis 234. sp. t. 58. I. 168
Frölichii Brid. II. 174
glabella H. 235. sp. t. 59. II. 145
gracilescens 222. sp. t. 56. II. 171
imbricatula 224. sp. t. 52. II. 227. 169
implexa Brid. II. 173
incurvata 216. sp. t. 53. II. 173
involvens 218. st. 4. 11. II. 168
julacea II. 216
longifolia Ehrh. est hypn. *lutesc.*
lucens 243. t. 84. II. 164
Ludwigii Brid. II. 306. 199
Marchica 196. II. 59
microcarpa Brid. II. 167
minutula II. 170
mollis 234. st. 4. 40. II. 168
nitens Brid. II. 261
Novae Hollandiae * t. 83. II. 160
obscura 223. sp. t. 57. II. 171
pallescens 219. sp. t. 55. II. 174
paludosa 221. st. 4. 1. II. 172
pennata II. 160
plumosa Bland. II. 238
plumosa Sw. II. 245
polyantha 229. st. 4. 2. II. 178
polycarpa 225. II. 171
pulchella 220. II. 284
† *pulvinata* Wahl. II. 177
pungens 237. sp. t. 60. II. 166
† *quadrifaria* II. 160
recurvans Mich. II. 289
rostrata 226. sp. t. 55. II. 169

Leskea

rotulata 213. sp. t. 51. II. 159
rufescens t. 86. II. 179
rupicola 227. sp. t. 54. II. 169
Seligeri Brid. II. 287
sericea 228. st. 4. 17. II. 178
setosa 226. sp. t. 57. II. 178
squarrosa Mich. II. 289
striata * t. 86. II. 180
subenervis * t. 85. II. 173
† *subpinnata* Brid. II. 166
subtilis 220. st. 4. 9. II. 176
tamariscina 212. sp. t. 51. II. 182
Thomasii Br. var. *incurvatae.*
trichomanoides 232. II. 163
undata 214. sp. t. 52. II. 165
varia 216. sp. t. 53. II. 174

Leucodon

Canariensis * II. 3
Morensis * II. 2
sciuroides 161. II. 1

Meesia

dealbata 174. sp. t. 41. II. 83
longiseta 173. st. 21. 22. II. 83
minor Brid. II. 82
nutans Willd. 168. II. 110. 106
stygia Brid. II. 85
uliginosa 173. st. 2. 2. II. 82

Mnium

affine * sp. t. 45. f. 7. II. 134
androgynum 178. II. 87
annotinum L. 184. II. 94
arcuatum D. II. 62
Auberti * t. 80. II. 132
caespiticium Brid. II. 109
capillare Brid. II. 118
chrysocomum D. 74. II. 62
cirratum L. 69. II. 74
Commersoni * t. 80. II. 134
compactum Bosc. II. 87
conoideum D. II. 75
crudum 189. st. 1. 37. II. 127

Mnium

cuspidatum 193. sp. t. 45. II. 132
cuspidatum sp. t. 45. f. 7. II. 131
Duvalii * t. 79. II. 126
ellipticum Hoffm. e. *rostrat.*
erythrocaulon * t. 80. II. 127
fontanum L. II. 61
glaciale Schl. II. 13
gracile Schl. II. 112
holosericeum Hoffm. II. 88
hornum 188. II. 128
hygrometricum 172. II. 75
inordinatum Brid. est *palustre.*
integrifol. est *hornum* β.
intermedium Ludw. II. 67
lacustre t. 77. II. 124
latifolium * II. 138
longirostre Brid. II. 126
Marchicum 196. II. 95
nigricans Crom. est *caespitic.*
osmundaceum D. 31. I. 19
palustre 188. II. 122
pellucidum L. 45. I. 39
Pohlia Hoffm. 171. II. 70
polycephalum Dill. II. 111
polytrichoides α. 95. II. 324
β. 96. II. 322
γ. 96. II. 348
proliferum est *roseum.*
pseudotriquetrum 190. II. 110
punctatum 193. II. 137
purpureum L. 136. I. 183
pyriforme L. 169. II. 66
ramosum est *palustre.*
† *reclinatum* II. 123
roseum 194. II. 135
rostratum * t. 79. II. 136
scoparium L. Gm. 126. I. 162
serpyllifolium α. punctat. 193. II. 137
β. cuspid. 193. II. 132
γ. prolif. 194. II. 135
δ. undul. 195. II. 135

Mnium

serratum * t. 78. II. 128
setaceum L. 147. I. 194
sphaericarpon 197. II. 59
spinosum * t. 78. II. 130
stellare 191. sp. t. 45. II. 128
strictum Sw. I. 161
subenerve * t. 79. II. 138
tetragonum D. 73. I. 79
triquetrum 173. II. 83
tortuosum L. 125. I. 129
turbinatum H. 191. II. 104
turgidum * t. 77. II. 123
undulatum 195. II. 135

Neckera

† *biductulosa* II. 155
bipinnata * t. 83. II. 156
Canariensis Brid. II. 3
cirrosa Sw. 38. I. 38. II. 43
cladorrhizans 207. sp. t. 47. II. 149
composita 203. sp. t. 46. II. 155
crispa 206. II. 147
curtipendula 209. II. 151
decipiens W. M. II. 158
dendroides 228. II. 141
† *denticulata* Pal. II. 154
disticha 201. st. 3. 22. II. 145
filicina 204. st. 3. 18. II. 147
filiformis 202. st. 3. t. 16. II. 146
† *flaccida* Brid. II. 154
† *flavescens* Hook. II. 151
glabella 235. sp. t. 59. II. 145
hamplosa Vill. II. 152
heteromalla 202. st. 3. 15. II. 146
hypnoides 206. st. 3. 17. II. 146
† *intermedia* Brid. II. 144
macropus 207. st. 3. 23. II. 148
minor * II. 149
pennata 200. st. 3. 19. II. 144
planifolia 206. sp. t. 48. II. 147
polytrichoides sp. t. 61. II. 154
pumila 205. st. 3. 20. II. 153

Neckera

scabriseta * t. 82. II. 153
seductrix 208. sp. t. 47. II. 149
serrulata * II. 194
sericea Brid. II. 158
† *sphaerocarpa* Hook. II. 146
splachnoides * t. 82. II. 151
† *tenuis* Hook. II. 151
torta Sw. 246. II. 39
trichophylla 274. sp. t. 71. II. 150
ulophylla W. M. 162. st. 2. 35. II. 23
undulata 201. st. 3. 21. II. 145
viticulosa 209. sp. t. 48. II. 149
viticulosoides Pal. II. 157

Octodiceras

fissidentoides Brid. 160. II. 12

Octoblepharon

albidum 50. st. 3. 6. I. 45
serratum Bor. I. 45

Orthotrichum

affine * t. 49. st. 2. 36. II. 19
† *Americanum* Pal. II. 37
angulosum Pal. II. 42
anomalum 162. st. 2. 37. II. 37
† *aristatum* D. II. 33
† *Brownianum* Sm. I. 40
cirratum Bernh. II. 24
coarctatum * t. 52. II. 20
crispum 162. st. 2. 35. II. 23
cupulatum * t. 55. II. 35
curvifolium Schl. II. 23
diaphanum * t. 55. II. 31
exiguum Schl. II. 27
Hercynicum Hoffm. II. 329
heterophyllum Pal. II. 20
humile Schl. est *anomalum*.
longisetum Schl. II. 27
Ludwigii * t. 51. II. 24
† *nudum* Sm. II. 37
obtusifolium * t. 50. II. 14
Octoblepharis Roth. II. 19
pallidum Pal. II. 43

Orthotrichum

plicatum * t. 52. II. 18
pumilum * t. 50. II. 22
† *rivulare* II. 31
Rogeri * t. 53. II. 16
rupestre * t. 53. II. 27
saxatile Brid. II. 37
splachnoides Brid. II. 38. 149
strangulatum * t. 55. II. 33
striatum 163. t. 53. II. 29
ulmicola II. 31

Phascum

acaulon L. 19. I. 1
alternifolium 23. t. 10. I. 10
axillare D. 19. I. 7
bryoides * t. 1. I. 7
Carniolicum * t. 3. I. 2
cohaerens 24. sp. 1. I. 4
confervoides Hoffm. est. *serrat.*
crassinerve * t. 2. I. 4
crispum 20. st. 1. 9. I. 1
curvicollum 20. st. 1. 11. I. 7
curvisetum D. I. 1
cuspidatum 21. I. 1
elatum * t. 1. I. 9
elongatum Schulz I. 8
Flörkeanum * sp t. 3* I. 3
grandiusculum Brid. I. 9
gymnostoides Brid. I. 8
† *multicapsulare* Sm. I. 11
muticum 22. I. 2
nitidum 18. st. 1. 34. I. 7
pachycarpon * t. 2. I. 6
patens 19. st. 1. 10. I. 7
piliferum 19. I. 1
† *rectum* D I. 11
recurvifolium D. I. 11
Schreberi D. I. 1
serratum 22. I. 6
stoloniferum D. 23. I. 6
† *strictum* D. I. 11
subulatum 18. st. 1. 35. I. 1

Phascum

velutinum D. 22. I. 3

Pilotrichum

serrul. v. Neckera *serrul.*
Smithii v. pterog. *Smith.*
truncatum Pal. II. 145

Pogonatum

Pal. v. Polytrichum.

Pohlia

elongata 171. st. 1. 36. II. 70
imbricata * t. 65. II. 72
inclinata * II. 73
intermedia Brid. II. 67
minor * t. 65. II. 70
pallens Brid. est Br. pallens.

Polytrichum

affine * II. 310
aloides 96 st. 1. 14. II. 322
alpestre * t. 97. II. 310
alpinum 92. sp. t. 19. II. 317
ambiguum Rich. II. 317
angustatum II. 331
appressum * II. 311
Apuleja Comm. II. 311
urceicum Sw. II. 317
attenuatum Menz. II. 315
aurantiacum Hopp. II. 316
brachyphyllum * II. 323
brevicaule Brid. II. 96
capillare * II. 318
ciliatum 9. sp. t. 20. II. 327
commune α 88. II. 314
β 90 II. 309
contortum * t. 96. II. 325
controversum Brid. 98.
convolutum * t. 96. II. 326
convolutum Hg. 94. sp. t. 20. II. 327
crassisetum Decand. II. 314
dendroides 202. II. 326
dentatum Menz. II. 321
Dicksoni Turn. II. 322
Domingense Brid. II. 327

Polytrichum

elatum * II. 320
† elongatum II. 316
ericoides Hoffm. *v. nanum.*
fasciculatum Rich. II. 318
ferrugineum Brid. II. 317
formosum 92. sp. t. 19. II. 315
glabratum Wahl. II. 329
glabrum * II. 311
gracile Bland. II. 310
gracile Menz. II. 316
Helveticum Schl. II. 314
Hercynicum 94. st. t. 15. II. 329
intermedium Brid. II. 324
iuniperinum 89. sp. t. 18. II. 309
laevigatum Wahl II. 329
laterale Brid. II. 325
longisetum * II. 316
Magellanicum 101. sp. t. 20. II. 332
marginatum * II. 329
minimum Crome II. 322
nanum 95. st. 1. 13. II. 324
Norvegicum H. 99. sp. t. 21. II. 313
Oederi Brid. est idem.
pallidisetum Fk. II. 315
Pensilvanicum 96. sp. t. 21. II. 374
perigoniale Mich. II. 314
piliferum 90. II. 311
† pulverulentum H. 91. II. 322
pumilum Sw. 97. sp. t. 21. II. 324
purpurascens Brid. II. 320
remotifolium * II. 320
rubellum Menz. II. 322
septentrionale II. 313
serratum Schrank. II. 315
sexangulare Flö. II. 313
silvaticum Menz. II. 317
stans Thuill. II. 315
strictum Menz. II. 310
strictum Schl. II. 310
† *subpilosum* Pal. II. 313
subrotundum Menz. II. 324

Polytrichum

† *subulatum* Menz. II. 321
tortile * II. 327
undulatum 98. st. 1. 16. 17. II. 330
β minus Mich. II. 331
urnigerum 109. sp. t. 22. II. 318
vaginans Brid. II. 323
yuccaefolium Ehrh. II. 314

Pottia

cavifolia Ehrh. ê gymnost. *ovatum.*
eustoma ê G. *truncat.*
recurvirostris Ehrh. 33. I. 74

Pterigynandrum

v. Pterogon.

Pterogonium

algirianum Brid. II. 243
† *apiculatum* Brid. I. 108
† *aureum* Brid. I. 108
Carolinianum Mich. ê *iulaceum* I. 108
catenulatum 158. II. 218
ciliatum 84. sp. t. 17. I. 108
filiforme 81. st. 4. 7. I. 100
fragile Schl. I. 109. II. 116
fulgens 86. st. 4. 39. II. 108
gracile 80. st. 4. t. 6. I. 105
hirtellum 83. sp. t. 17. I. 108
intricatum 85. sp. t. 18. I. 100
iulaceum 81. st. 4. 20. I. 100
† *longifolium* Schl. I. 109, II. 336
† *marginatum* Mich. I. 108
nervosum * t. 28. I. 102
nigrescens 250. sp. t. 65. I. 108
octoblepharis Schl. I. 109. II. 336
patens Brid. I. 152
repens * t. 27. I. 100
Smithii 264. sp. t. 68. I. 105
striatum * t. 27. I. 103
subcapillatum 83. sp. t. 16. I. 107
trichomitrion 82. sp. t. 16. I. 107
† *viscosum* Pal. I. 109

Ptychodes Web.

orthotrichi species.

Racopilum

Auberti Pal. II. 162
muioides I. 183

Schistostega

osmundacea W. M. ê Gymnost. *pennat.*

Schlotheimia

acicularis II. 43
cirrosa 38. sp. t. 5. II. 43
quadrifida * t. 57. II. 41
squarrosa t. 56. II. 30
torta 246. sp. t. 36. II. 39

Sphagnum

acutifolium t. 5. I. 15
† alpinum L. 29. I. 18
arboreum L. 202. II. 146
capillifolium 28. I. 15
clandestinum Pal. I. 18
compactum * t. 3. I. 12
† *condensatum* Brid. I. 18
† *crassisetum* Brid. I. 18
cuspidatum t. 6. I. 16
cymbifolium Ehrh. I. 12
† ericetorum Brid. I. 18
† Iavense Brid. I. 18
iridans Brid. I. 18
latifolium 27. I. 12
palustre L. 27.
† patens Brid. I. 18
† recurvum Pal. I. 18
simplicissimum Brid. I. 18
squarrosum * t. 4. I. 13
† subulatum Brid. I. 18

Splachnum

ampullaceum 55. st. 2. 14. I. 52
angustatum 51. st. 2. 12. I. 48
attenuatum Brid. I. 50
Bavaricum Brid. I. 52
Brewerianum 53. st. 2. 38. I. 49
bryoides Zoeg. 52.
fastigiatum D. 53. I. 49
flagellare Brid. 49. I. 49
Frölichianum 52. st. 3. 40. I. 49

Splachnum

gracile * t. 15 I. 52
Helveticum Schl. 49. I. 50
† *Iuressi* Brid. I. 55
ligulatum Hoffm. I. 60
† *lingulatum* D. I. 55. 63
longisetum Schk. I. 52
luteum 56. st. 2. 17. I. 55
Magellanicum t. 14. I. 47
mnioides 51. st. 2. 11. I. 48
ovatum 54. sp. 8. I. 50
piliferum Roth. ê *urceolat.*
punctatum Brid. I. 51
reticulatum Sm. I. 51. 55
rubrum 56. st. 2. 18. I. 55
† *rugosum* D. I. 55
serratum 53. sp. t. 8. I. 49
† *setaceum* Mich. I. 55
sphaericum 55. st. 2. 16. I. 54
tenue D. I. 50
Turnerianum D. I. 52
urceolatum 52. st. 2. 15. I. 49
vasculosum 53. st. 2. 15. I. 51
vasculosum Huds. I. 52
Wulfenianum t. 14. I. 46

Swartzia

capillacea 57. I. 174
inclinata 58. I. 111
pilifera Brid. I. 146
trifaria 57. I. 114

Syntrichia

ruralis W. M. I. 137
subulata 122. I. 135

Tetraphis

ovata * t. 13. I. 39
pellucida 45. sp. t. 7. I. 39
rigida Rom. H. I. 39

Timmia

Austriaca 176. sp. t. 42. II. 84
cucullata Mich. II. 84
Megapolitana 176. st. 1. 31. II. 84

Tortula

† acuminata Brid. I. 134
† acuta Brid. I. 134
apiculata W. M. ê Barbula
† aristata Schl. I. 133
aristata Sm. I. 133
atlantica Brid. ê Weisia *verticill.* I. 134. 71
† barbata Sm. I. 134
† brevifolia Sm. I. 133
† chloronotos Brid. I. 134
† crocea Brid. I. 134
† cuneifolia Sm. I. 135
curvata Schl. I. 131
† ericetorum Sm. I. 133
† flavescens Brid. I. 134
† flexuosa Brid. I. 134
† Hercynica Schrad. I. 133
† imberbis Sm. I. 133
inclinata Hedw. fil. I. 131
† incrassata Brid. I. 134
linearis Sw. I. 119
† Lusitanica Brid. I. 133
mucronifolia * t. 35. I. 136
† mucronulata Sm. I. 133
muralis 123. I. 132
† mutica Brid. I. 133
† nervosa Brid. I. 134
† pilosa Schrad. I. 133
† reflexa Brid. I. 134
revoluta Schrad. I. 127
ruralis 121. t. 34. I. 137
† Saussuriana Brid. I. 134
subulata 122. sp. t. 27. t. 34. I. 135
tortuosa H. 224. I. 129
† unguiculata Sm. I. 135

Trematodon

longirostris * II. 343
longicollis I. 196

Trentepohlia

erecta 184. II. 93

Trichostomum

aciculare 135. t. 3. 33. I. 157
affine Schl. I. 149
aquaticum Schl. I. 158
† *arbustorum* Brid. I. 161
Barbula * t. 36. I. 144
barbuloides Br. I. 144
† Canadense Brid. I. 161
canescens 111. st. 4. 3. I. 147
capillaceum Sm. I. 114
cirratum Schl. I. 154
cirratum Sm. I. 153
† convolutum Brid. I. 161
cylindricum 107. sp. t. 34. I. 142
elongatum Ehrh. I. 147
ericoides * t. 38. I. 147
fasciculare 110. t. 38. I. 155
† *flexifolium* Sm. I. 160
fontinaloides 114. st. 3. 14. I. 160
funale * t. 37. I. 150
glaucescens 112. t. 3. 37. I. 145
heterostichum 109. st. 2. 25. I. 149
heterostichum Schl. I. 152
Indicum * t. 36. I. 142
lanuginosum 109. st. 3. 2. I. 149
latifolium 140. st. 1. 33. I. 145
leucoloma * II. 208
lineare D. I. 151
† *linoides* Sm. I. 161
microcarpon 112. sp. t. 23. I. 151
nigricans Brid. I. 158
nudum Schl. I. 151
† *obtusifolium* Brid. I. 161
† *obtusum* Sm. I. 160
ovatum W. M. est dicranum *ovat.*
pallidum 108. st. 1. 27. I. 139
† papillosum Sm. I. 113
patens * t. 31. I. 151
piliferum Sm. I. 145
polyphyllum * t. 39. I. 153
pulvinatum W. M. est dicran. *pulvin.*
pusillum 104. I. 115

Trichostomum

ramigerum Timm. 109.
rigidulum Sm. I. 117
riparium * t. 39. I. 158
sciuroides Turn. 161. II. 1
serratum Schl. I. 154
strictum Sw. I. 161
tenue 107. sp. t. 24. I. 134
tennifolium Schrad. I. 142
torsile * t. 35. I. 139

Ulota Web.

Orthotrichi species.

Webera

Diphyscium W. M. 166. II. 65
intermedia * t. 75. II. 67
longicollis 169. sp. t. 41. II. 67
nutans 168. st. 1. 4. II. 67
pyriformis 169. st. 1. 3. II. 66

Weissia

aciphylla est Encalypt. *lanceol.*
acuta 71. st. 3. 35. I. 69
calcarea 66. sp. t. 11. I. 68
calycina Hg. 70. sp. t. 14. I. 83
capillacea * t. 19. I. 69
cirrata 69. sp. t. 12. I. 74
† cirrata Sm. I. 78
compacta * I. 74. II. 347
controversa 67. st. 3. 5. I. 77
crispa est *controversa.*
crispula 69. sp. t. 12. I. 75
† *curvicaulis* Brid. I. 77
dentieulata * t. 19. I. 75
Dicksoni I. 78
† *erythrogona* Brid. I. 77
† *Forsteri* I. 78
fugax 64. sp. t. 13. I. 78
gypsacea Schl. I. 71
heteromalla 71. st. 1. 8. I. 68
† *immersa* Brid. I. 77
incarnata * t. 18. I. 66
latifolia t. 18. I. 64
minor Ehrh. est orthotr.

Weissia

microdus 67. sp. t. 11. I. 77
nana Hedw. fil. I. 61
nigrita 72. st. 3. 39. I. 74
† *nivalis* Brid. I. 77
† nuda Sm. I. 77
† obtusa I. 77
octoblepharis Roth. II. 20
paludosa 64. I. 77
pusilla 64. st. 2. 29. I. 68
radians 73. sp. t. 13. I. 63
recurvirostris 71. st. 1. 7. I. 74
revoluta Schl. I. 74
rosea Wahl. est incarnata.

Weissia

rupestris H. 72. sp. t. 14. I. 69
schisti * t. 20. I. 72
Seligeri W. M. I. 68
splachnoides * t. 17. I. 63
Starkeana 65. st. 3. 34. I. 68
tristicha Brid. I. 84
† uncinata Brid. I. 77
verticillata * t. 20. I. 71
virens Brid. 68. I. 77
viridula Brid. 68. I. 77
† *Volcanica* Brid. I. 78

Weissia Schreb. est Orthotrichum.

ERRATA VEL ADDENDA.

p. 7. post lin. 25. add. F. *elegans* Brid. muscol. suppl. 1. p. 67.
- 48. lin. 8. concinnatis l. cincinnatis.
- 79. - 5. reticuli areolis oblongis; marginali nervo pallide rufo in ipsum apicem acumen folii *simplice* ductulo penetrante l. reticuli areolis *oblongis*, marginalium serie simplici: nervo pallide *rufo*, in ipsum acumen folii penetrante.
- 98. Bryum *alpinum* in Franconiae monte pinifero a Funkio nuper lectum est.
- 103. lin. 18. *sectae* l. *sextae*.
- 112. - 6. Saxoniae l. Silesiae.
- 162. - 12. post vocem *albicans* inseratur: decumbens ramosa, foliis remotis binervibus oblongis acuminatis,
- 215. - 18. confectis l. confertis.
- 220. - 10. angustissimi l. angustissima.
- 222. - antepenult. tenuo l. tenuia.
- 284. post lin. 6. excidit: H. *brevifolium* et *diversifolium* Schleich. crypt. Helvet. exsicc.
- 300. l. 21. *rugosum* l. *lycopodioides*.
- 312. l. 21. *albidi* l. albidae.
- 324. l. 12. add. Spec. musc. p. 97. t. 21.
- 325. post lineam 6. excidit:

18. B. *Pensilvanicum*, humile subsimplex, foliis strictis membranaceis lanceolatis cuspidatis. theca cylindrica erecta. Spec. musc. p. 96. t. 21. Locis siccis et sterilibus in Pensilvania et Carolina frequens. 2.

II. *Theca subcylindrica nec angulata.*

2. foliis tortilibus.

- 360. l. 32. *quadrifuari* l. *quadrifaria*.

1
1
9
10
11
8
7
6
3
4
2
5
Orthotrichum pumilum.
1
1
1
9
10
11
8
6
7
3
4
2
5
Orthotrichum obtusifolium.

Tab. I.I.

Orthotrichum Ludwigii.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LII.

Orthotrichum covarlutum.

Orthotrichum plicatum.

Orthotrichum rupestre.

Orthotrichum Rogeri.

C. Luding del.

C. Strauch sc.



Orthotrichum cupulatum.





Orthotrichum diaphanum.

Tab. LVI.

Ptolotheimia squarrosa.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LIII

Schlotheimia quadrifida.

Bartramia scabrida

C. Ludwig del.

Colbrandt sc.

Tab. LVIII.

Bartramia pomiformis.

Bartramia grandiflora

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LIX.
1
2
9
10
11
3
5
6
7
4
8
Bartramia Oederi.
C. Ludwig del.
Bartramia crispa.
C. Strauch sc.

Bartramia ithyphylla.

Bartramia stricta.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. I. XI.

Bartramia Mühlenbergii.

Bartramia radicalis.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LXX.

Bartramia arcuata.

Bartramia patens.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LXIII.

Pohlia inclinata.

Bartramia gigantea.

[illegible] del. [illegible] Strauch sc.

Tab. LXII.

Polytrichum minor.

Polytrichum imbricatum

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Funaria calvescens.

Funaria flavicans.

C. Ludwig del. C. Strauch sc.

Tab. I. XVI.

Fumaria Muhlenbergii.

Fumaria Fontanesii.

Tab. LXVII.

Conclidium stygium.

C. Ludwig del. C. Strauch sc.

Tab. LXVIII.

Bryum cucullatum.

Bryum Ludwigii.

C. Ludwig del.

Strauch sc.

Tab. LXIX.

Bryum boreale.

Bryum Funka.

C. Ludwig del. C. Strauch sc.

Tab. LXX.

Bryum Wahlenbergii.

Bryum erythrocarpum.

P. Ludwig del. A. Strauch sc.

Tab. LXXI.

Bryum coronatum.

Bryum megalacrion.

C. Ludwig del. C. Hrabek sc.



. Bryum apiculatum .

. Bryum pallens

C. Ludwig del.

C. Bruns sc.

Tab.
LXXIII.
1
1
1
1
6
7
5
8
6.
7
5
8
4
3
3
2
2
2
4
4
Bryum alpinum.
Bryum Schleicheri.
C. Ludwig del.
C. Arnoldi sc.

Tab.
LXXII.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LXXV.
Webera ectormedia.
Bryum pallescens
C. Strauch sc.

Bryum platyloma.

Bryum Billarderii.

C. Ludwig del. C. Strauch sc.



Mnium lacustre.







Mnium turgidum.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LXXIIII.

Mnium spinosum.



Mnium serratum.

C. Ludwig del. — C. Strauch sc.

Mnium rostratum.

Mnium Duvalii

Mnium subenerve.

Tab. LXXV.

2
1
2
4
3
Mnium Commersonii.
5
8
9
11
10
6
12
7
Mnium Tuberti.
Mnium erythrocaulon.

Tab. LXVI.

Climacium dendroides.

[illegible] del. [illegible]

Tab. LXXII.

Neckera splachnoides.

Neckera scabriseta.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.





Neckera bipinata.

Leskea Novae Hollandiae.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. LXXIII.

Leskea lucens.

Leskea dimata.

L. Ludwig del.

L. Strauch sc.

Leskea subenervis.

Leskea axilis.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Leskea striata.

Leskea rufescens.

C. Ludwig del. C. Strauch sc.

Hypnum Silvaticum.

Hypnum distichum.

C. Ludwig del.

C. Stroud sc.



Hypnum cochlearifolium.





Hypnum Auberti.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Hypnum iulaceum

Hypnum straminaum β trifarium.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. XC.
Hypnum radicale.
Hypnum confertum.

Hypnum crassisetum

Hypnum comosum.

C. L. del.

C. Sc. sc.

Hypnum aciculare.

Hypnum intortum.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. XCIII.

Hypnum Richardi.

Hypnum leptorhynchum.

J. Ludwig del. F. Strauch sc.

Hypnum Silesianum.

Hypnum incurvatum.

C. Ludwig del.

C. Strauch sc.

Tab. XCV.

1
1
6
5
3
4
2
2
8
7
Hypnum scorpioides.
1
1
9
7
2
8
3
3
5
3
6
4
Hypnum revolvens.
C. Ludwig del.
C. Strauch sc.

Polytrichum convolutum.

Polytrichum contortum.

Polytrichum alpestre.

Grimmia incurva.

Tab. XCVIII.

Calymperes Palisoti.

Calymperes Lonchophyllum.

Fabronia pusilla.

Fabronia Persooni.

c. L. del.



Fabronia octoblepharis.

L. Str. sc.

Hookeria splachnoides.